

81  

---

173

Sub 81  

---

W-173

R. 26  
6/1

Q. 2.5  
C. 8


Handwritten text, possibly a signature or name, including the word "Raymond" and "July".








90425121







opus perficit  
 Quamuis igitur  
 doque eam tracta-  
 uam naturam  
 ture virtutem  
 in re inclusam  
 cinere filicis a-  
 cit, cuius subst-  
 occultata non  
 trum elicere  
 prolici aliqui  
 per naturam.  
 Senior. Non e-  
 qui hanc scientia  
 ra cœlitus indita  
 Manifestum est  
 nem naturæ ipsa  
 eo quod ipsa me-  
 natura. Si me-  
 mendationem  
 dari nisi in sua  
 enim interpre-  
 quoque nõ ni-  
 fra dicendis p-  
 nem perpend-  
 bagibus & lo-  
 cum Marsilio  
 tam ex similibus  
 esse ignem inuisi-  
 rebus creatis insi-

REGI  
 ALUMI  
 19  
 18  
 17  
 16  
 15  
 14

97  
 extraneæ.  
 & quan-  
 men no-  
 ntum na-  
 naturam  
 . Sic ars è  
 um edu-  
 er natura  
 tifex vi-  
 n è rebus  
 s non sit  
 e ad rem  
 posterum,  
 ura, natu-  
 rnaldu.  
 operatio-  
 m natura,  
 osua sit ex  
 Elixir e-  
 n nõ emen-  
 uplicem  
 upra, illa  
 ut ex in-  
 lefinitio-  
 nissis am-  
 dicimus  
 rebus insi-  
 , Naturam  
 m vigorem  
 ultiplicant,  
 cum

In lib. de fi-  
 gutis.  
 In principi-  
 pio Ros.  
 Naturæ dif-  
 finitio ex  
 Mar. sicino,

*de Collegio de la Compagnie de J. J. J.*  
*concep* DE *de J. J. J.*

*RH*


# LAPIDIS PHYSICI CON- DITIONIBVS LIBER.

Quo duorum abditissimorum Auctorum GE-  
BRI & RAIMVNDI LVLLII metho-  
dica continetur explicatio,


ET

*Chymistarum omnium opera tanquam ad normam  
examinantur, virum in perfectionis via confi-  
stant, ne ne.*

Auctore EVVALDO VOGELIO  
BELGA.



COLONIAE AGRIPPINAE,  
Apud Henricum Falckenburg.  
ANNO. clv. l. xcv.



ILLVSTRISSIMO  
DOMINO D. DON  
GVILIELMO DE SAN-  
CTO CLEMENTE, EQVITI ORDI-  
*nis Sancti Iacobi de Espada, ac Commendatori de*  
*Hortasso, Ser. Hispaniarum Regi Catholico*  
*à Consilijs, atq; eiusdem apud Sacram*  
*Cas. Maiest. Oratori. &c. Domino,*  
*ac Patrono suo plurimum*  
*colendo.*

**I**llustrissime Domine, Pa-  
trone venerāde. Ingeniorū  
& viroꝝ fortium alumna  
Hispania inter multos do-  
ctrina diuersarumq; scientiarū noti-  
tia celebres, duos quoque in primis è  
gremio suo nobis produxit Chemiæ  
principes, Gebrū, & Raimūduꝝ Lul-  
liū, hunc quidē veræ & catholicæ re-  
ligionis, illū verò Mahumetanæ su-  
perstitionis cultorem, vtrumq; nobi-  
li stemmate & familia clarū; qui tan-  
to cæteris eius artis scriptoribus præ-  
luxerunt, quanto Sol & Luna reliquis  
syderibus. Gebro enim, qui tempore  
& ætate prior fuit, tantum antiqui &  
moderni Philosophi chemistæ detu-  
lerunt,

EPISTOLA

lerunt, vt ipsum *Magistrum magistrorum* vocare non dubitauerint, neq; immerito: eius enim dicta inaquam oracula à posteris recepta sunt, & omnium scriptis passim inserta.

*Qualis gemma, micant, fuluum qua diuidit aurum.*

Is si quis alius acutissime & breuissime totius Chemiæ præcepta comprehendit, artemq; docet, & miro simul artificio celat, nō sub ænigmatibus, tropis, aut allegorijs, vt plurimi, sed vt ipse fatetur sub plana sermonis seri. Ordine præterea utitur mirabili Chymicis auctoribus vix vsitato, quo incredibile voluptate legentium animos demulcet, nec fatiat, aut tædium adfert. A principijs enim naturæ exorsus in aureo illo suo libro, cui *summa perfectionis* titulum præfixit, modum generationis eorum, mixtiones ad inuicem, effectus ac proprietates complexus, fundamenta artistæ tradit, operationumq; modos explicat: & tandem ne quis operi nō naturali præter opinionem addictus fallatur, aut alios sciens imprudensuè fallat, medicinæ perfectæ cōditiones declarat & auri argentiq; puri examina edocet, Sophistica etiam opera ita nunc sparsim nunc di-

tinctis

D E D I C A T O R I A.

stinctis capitalis prosequitur vt nulli  
 hodie in mineralibus operantium er-  
 rores deprehendantur, quos non ille sin-  
 gulatim aut generatim attigerit. Nō  
 eo quidem animo vt quenquam sedu-  
 cat, aut falsa pro veris, & fucata pro  
 nativis obtrudat, cum expressis verbis  
 fateatur vnicam solā esse medicinā,  
 quā à metallis vilioribus omnē cor-  
 ruptionem tollit, & cum omnis com-  
 plementi differentia perficit, sed ma-  
 gis vt habita falsi notitia veritas meli-  
 us elucescat. Vnde conijcere licet  
 quantopere hic vir summus Chymi-  
 cis operibus omnibus tū veris quā veri-  
 tatis similitudinem præ se ferentibus  
 insudavit, & quantū ipsis studij, & la-  
 boris impenderit. Multa enim sunt  
 in hac arte quæ virum etiam doctum  
 & philosophum exactè omnia excu-  
 tientem rationibusq; metientem (ar-  
 tis materia eiusq; principijs ignora-  
 tis) prima fronte præterire, ac specie  
 veri decipere possunt. Quod & Gebro  
 euenisse ex ipsius verbis facile colligi-  
 mus. Sic enim Cap. 12. Sum. perfect. de  
 seipso scribit. *Ex errorum multiplicitate ve-  
 ritatem nos collegisse, diff. illis ac laboriosa cautela  
 coniectura, longaq; ac tediousa experientia, multo-*

rumq; sumptuum interpositione accidit, & aliorum error nostrae mentis discursum & rationem sepiſſime turbavit, & quasi desperationē adduxit. Eteiusdem lib. cap. 69. Nos similiter in stuporem adducti multo temporis spatio sub desperationis umbraculo delitimus. &c. Si in tantum Philosophū error & desperatio cadere potuerūt, quod ipsum de se quoq; Raim. Lullius, & alij clari nominis viri fatentur, quid mirum si minus exercitati & ingenio doctrinaque inferiores nonnunquam hallucinentur, & cum se veram artis semitam ingressos arbitrantur, in deuia incidisse tandem deprehendantur? Quod eo dixi, ne quis desperet, si non statim studiorū suorū fructum capiat, aut voti compos fiat, sed patiens sit, constansque ac firmus in proposito maneat, & in libros Philosophorum gnauiter incumbat, eosq; euoluat, ac operi manū interdū admoueat, & experiatur, num principia animi conceptis respondeant. Atq; eo etiam fine, ne quis errantem cito condēnet & propter errores multorum artem friuolam & vanam iudicet: absq; errore enim ad artem non peruenitur: felicissimus quisq;, cui citissime omnium bonorum largitor

## DEDICATORIA.

Deus oculos aperit, & lumine super-  
no illustrat, absque cuius ope nemo  
quamuis acerrimo ingenio polleat,  
quantūuis etiam libris & diuitijs abū-  
det, finem desideratum consequetur.  
RAIMVNDVS autem LVLLIVS na-  
tione Cathalanus, nobili Lulliorum  
Barcinonensium familia ortus, & in  
palatio Iacobi Regis Maioricarum  
enutritus, & ab eodē ob nataliū splen-  
dorem morumq; generositatem in  
Regiæ mensæ Seneschallum coopta-  
tus (quanuis postea Dei amore & mū-  
di odio incitatus, posthabitis castissi-  
mæ uxoris & filiorum ex ea suscepto-  
rum lachrimis & precibus, totum se  
Diuinæ contemplationi, ac scientijs  
varijs addiscendis, conuertendisq; in-  
fidelibus dediderit, ita vt etiam pal-  
mam Martyrij quam enixis viribus  
anhelabat, circa ætatis annum octo-  
gesimum, in Africæ vrbe Bugia lapidi-  
bus obrutus, referre meruerit, cuius  
reliquias pia veneratione Baleares  
etiam nū hodie ob miraculorum fre-  
quentiam prosequuntur,) non tantū  
mineralium exactam cognitionem  
habuit, sed oēs alias quoque scientias  
cum laude tractauit: tantæque fuit suo



æuo. authoritatis & æstimationis vt  
iustissimi Aragonum Reges eum vo-  
cent, in priuilegijs ipsi concessis, *Mag-  
num in Philosophia & sacra Theologia Magistrum,  
mirandarum artium & scientiarum auctorem:*  
Et Christianiss. Francorum Rex Phi-  
lippus in superscriptionibus epistola-  
rum ipsū salutare solitus fuerit titulo  
*Organi S. Spiritus, Doctorisq; diuinitus illustrati.*  
Neq; minus cognitus fuit Italis & An-  
glis, qui eum non dissimilibus enco-  
mijs honorârunt, quæ transeo, neque  
enim possum tam illustri viri laudes  
& præconia paucis verbis exprimere.  
Hic etiã è vegetabilibus alijsq; rebus  
puriorē partem [distillationibus, va-  
rijsq; digestionū modis secretā in me-  
dicamentorū tam simpliciū quā com-  
positorū vsū cōuertere docuit. Quæ  
quantū utilitatis in medicinā huma-  
no generi apprime necessariā inuexe-  
rint, nō est huius loci differere. Quan-  
tum autem ad artem Chymicam atti-  
net, hanc ita illustrauit tot conscriptis  
de ea voluminibus vt magis non po-  
tuerit, nisi eam vulgo prostituere vo-  
luisset. Inter alia autē eius scripta lon-  
ge eminent Testamentum & Codicil-  
lus, quibus omnia arti necessaria abun-

D E D I C A T O R I A .

de cōprehendit, non eo quid eō ordine  
 plausibili quo Geber, sed ad artem do-  
 cendā magis appposito & conuenienti,  
 ipsius operationū modis non repro-  
 bando aut reijciendo, sed eosdem suis  
 preceptis accommodando. Sed quod in  
 Gebro alijsq; multis auctoribus, qui-  
 bꝰ dixisse aliquid sufficit, desideratur,  
 hoc vnū incommodū resarcire maxi-  
 me annis in eo totus fuit; vt dictorū  
 suorū & eorum q̄ in arte fiunt ratioēs  
 redderet, causasq; explicaret. Quod  
 quantū momenti in istiusmodi præ-  
 sertim scientijs obscurioribus lectori  
 adferat, sciunt potissimū qui in aucto-  
 rum aliorū scriptis tanquam in vasto  
 quodam pelago diu multumq; absq;  
 clauo diuersorum ventorum impetu  
 ac tempestate iactati in portū tandē  
 se subdixerunt, in quo postmodum  
 absq; naufragij timore ventos ac ma-  
 ris procellas contemnere, & vnde al-  
 liorum pericula secure aspicere pos-  
 sunt. Quæ quanuis præstiterit, calum-  
 niatoribus tamen non caruit; neque  
 etiā nū hoc tempore caret: quidam  
 enim sicut Gebri breuitatem nimis  
 concisam, & oscuritatē, ita huius pro-  
 lixitatem & loquacitatem, alij cum

EPISTOLA

vitæ integritatem & innocentiam carperenon possint, sermonis barbariẽ auersantur. Quantum ad primum, nõ id naturæ vitium, sed artis specimen fuit & documentum: considerans enim maximam in scientijs quibuscũque addiscendis difficultatem, & hominis miseriam deplorans, eiq; condolens, quod vix longo temporis spatio non minus confusam quam exiguam rerum cognitionem assequeretur, & cupiens literarum cultores ex huiusmodi seruitutis iugo in libertatem asserere, ac breui temporis curriculo in summã omnium scientiarum notitiam deducere, libros aliquot cõscripsit, quibus in signe prorsus inuentionis artificium continetur propositiones texendi, diffinitiones & diuisiones eruendi, argumenta formãdi, ac diluẽdi, & veritatem & scientiam de omni scibili & proposito consequendi: terminis præterea, propositionibus, & argumentorum generib. rem eandem expoliendi, extendendi, explicandi, varijsque terminorum coniugationibus idem, vel simile significantib. aptè & appositè enunciãdi &

## DEDICATORIA.

exornādi. Vt itaq; alijs exemplum & suę doctrinę experimentū daret, ipse met præiuit, & libros suos artificio præscripto composuit: quo factum est vt vnā eandemq; rem siue operationē varijs ac diuersis modis enuncian- do & extendendo, varia quoque doce- re & omnia confundere ignorantib. videatur, cū tamen in rei veritate v- num & idem sæpius sit quod diuersis verbis locisque proponit. Quo fit, si quis diligentius aduertat, vt ipsius li- bri chymici aliorum auctorum li- bris multo sint dilucidiores: si quid enim lectorem præterit vno in lo- co, id ex alijs diuersis abundè com- pensatur, & tandem quo magis quis profecerit, eo luculentius etiam in- uentionis ipsius artificium sese ape- rit & ostendit. Quocirca tantum ab- est, vt loquacitas ei vitio vertenda sit, vt contra summoperè collaudan- dus videatur, & gratia immensa illi habenda, quod artem tam abstru- sam & ab alijs tātō opere velatam tam artificiosè manifestare dignatus sit. Quantum ad barbariem, cuius passim accusatur, attinet, ipsi certè ea vitio dari non debet, sed tēpori, quo omnis  
poli-

politioris literaturæ doctrina sepulta  
 & densissima quodammodo caligi-  
 ne inuoluta iacuit. Et quid si ipsemet  
 volens sciens elegans dicendi genus  
 neglexerit, cū animi sensa melius eo  
 quo scripsit modo exprimere nō pos-  
 set? Quod enim potuerit ornatius lo-  
 qui hinc patet, quia nonnunquam in  
 ipsius scriptis flosculi quidam sermo-  
 nis non illepidi hinc illinc dispersi re-  
 periuntur, qui nisi à curiosis conspici  
 aut animaduerti nō possunt. Sed quid  
 absurdius, quam Philosophum, cuius  
 est rem docere potius quam linguam  
 expolire, verborum ornatum sectan-  
 do tempustere, & rem sibi explican-  
 dam & demonstrandam minus apte  
 proponere? Quod ipsum considerans  
 M. Tullius Cicero. Tuscul. quæst. i.  
 scribit *se in philosopho eloquentiam si adferat, non  
 aspernari, si non habeat, non magnopere desiderare.*  
 Sciebat quippe nō minus prudēs quā  
 disertus homo, in philosophia res spe-  
 ctari, nō verba pendere oportere, & phi-  
 losophorum esse, curare potissimum  
 ne quid aberret ratio nō oratio. Sed  
 instabit quispiam cū Lucretio, & di-  
 cet. *Et si non egeant per se philosophicæ commenta-  
 tiones accurate dicendi, per eius tamen adhibuitio-*

## D E D I C A T O R I A

*nem dissimulandam esse rerum de quibus agitur as-*  
*teritatem & difficultatem. Sicut absynthia per se*  
*pellunt morbos, melle tamen illinuntur, ut puerorum*  
*etas improuida ludificetur. Ita sane fecisset*  
*forte & Raim. Lullius, si pueris & vul-*  
*go scribendum iudicasset, sed longe*  
*alia illius ratio fuit, qui verborum quã*  
*rerum magis curiosos, imprudentes,*  
*indoctos, impios & profanum deniq;*  
*vulgus non allectare quæsiuit, sed ab-*  
*sterrere, & quacumq; via arceret. Demum*  
*ut tanti viri obtrektoribus satisfaciam,*  
*verbis Ambrosij Camalduensis Ordi-*  
*nis quæ pro S. Dionisij Arcopagitæ*  
*defensione attulit, illis respondebo.*  
*Condolendum est plerisque miseris, qui propter suam*  
*ignorantiã acerbos se aliorum iudices atq; censors*  
*præbent, qui que acuta cæterorum inuenta prout igno-*  
*rantiã sua dictat acerbe carpentes cum legunt quæ*  
*non intelligunt, scriptorem statim condemnant, neq;*  
*eos pudet quod nec redarguere nec emendare possunt,*  
*quæ putant male conscripta. In seipsos igitur iram*  
*suam conuertant, sibiq; ipsis acerbis sint qui per negli-*  
*gentiam altiora addiscere nequiverunt, quiq; à docto-*  
*ribus petere cœdignati in dubijs suis contabuerunt.*  
*His igitur missis, cum viderem hinc*  
*Gebri breuitatem, illinc Raimundi*  
*Lullij prolixitatem accusari à pluri-*  
*mis, operæ pretium me facturum pu-*  
*ti si mediam sequutus viam, illius*  
conclisa

E P I S T O L A

conciſa & obſcuriora dicta huius ſenti-  
 tentijs dilucidioribus illuſtrarem, &  
 alterum cum altero conferrem, ac  
 vtriuſque in omnibus conformita-  
 tem & conſenſum aperirem, & ſi quid  
 in Gebro (cuius Capita duo *Libr. de In-  
 uentione Perfectionis* explicanda primario  
 mihi deſumpſi) deeſſet, id ex Raim.  
 Lullio abundè ſuppleretur. (nō quod  
 veriſimile ſit Gebrum quippiam o-  
 miſiſſe quod ad operis chymici perfe-  
 ctionem conducatur aut expediatur, ſed  
 quod artem totam per diuerſos li-  
 bros & capitula, vt fatetur, diſper-  
 ſerit, ne improbis & indoctis inno-  
 teſceret; libri autem ipſius omnes ad  
 manus noſtras non peruenerunt, qui  
 præter quatuor typis excuſos non vi-  
 dimus, cum tamen colligere poſſi-  
 mus ex ipſo & alijs auctoriſus eius di-  
 cta allegantibus duodecim ad minus  
 ab eo conſcriptos fuiſſe) denique ſi  
 vtrunque præteritis ſuperfluis in com-  
 pendium aliquod ſeu methodum  
 contraherem. Hunc meum labo-  
 rem quamuis publicare non plane  
 decreuiſſem, cum quod vererem, ne  
 præter philoſophorum morem ar-  
 tem tantopere ab illis celatam tan-

## DEDICATORIA

quam virginem quāpiam nudam, aut  
ex parte tantum velatā palām omnīū  
conspēctui exponerem, vnde fieri  
posset, vt ad eam improbiſſimus quiſ-  
que irrumperet, & fœde ea abuteretur  
ad proborum cōtumeliam & damnū,  
tum vero quòd timerē ne arrogantia  
aut vanitatis inſimularer, ſi ego qui  
ingenio ſum exili & inter doctos ne  
nomine quidē cognitus duorum gra-  
uiſſimorum Auctorum abditos ſenſus  
& arcana tot verborum inuolucris te-  
tā, & quaſi velis quibuſdam obteſta  
detegere & reuelare conarer, vel au-  
derem: tamen cum ingratiſſimū vi-  
tium abhorrerē, nec aliud haberem  
hoc tempore quod Illuſtris. D. Tuæ  
offerre poſſem Venerande Domine  
ac Patrone, animo meo hos ſcu-  
pulos, qui me, vt verum fatear, non  
parum ſtimulabant ac pungebant, e-  
uulſi. Ac priorem quidem in De-  
um omnipotentem reieci, qui gra-  
tiam in adyta huius ſcientiæ pene-  
trandi dabit quibus placuerit, & quos  
eo munere dignos ex miſericordia  
ſua iudicauerit: ſperoq; eius Clemen-  
tiam ita mihi linguam & calamū mo-  
deratam fuiſſe, ne vllū per me grauius  
crimen



## E P I S T O L A

crimen admissum sit. Ad posteriore  
 quod attinet cū pro veteri ac recepto  
 scribētium more opusculū hoc meū  
 alicui magnati nuncupandum ac con-  
 secrandū esset, non potui aliū seligere  
 quā Ill. D. Tuam, quæ præter præ-  
 cipuarū linguarū integrā exactamq;  
 cognitionem, & variam doctrinam,  
 rerumq; experientiam nō vulgarem  
 iudicio pollet admirabili ac prorsus  
 diuino. Quibus dotibus fiet, vt ab Ill.  
 D. Tua & exactius quidā me præstitum  
 sit perspicui ac examinari, & virulen-  
 torum hominū calumnijs simul ob-  
 uiam iri possit: quod enim illi placue-  
 rit, id ipsum ab alijs quoq; nisi temera-  
 rij, planè sint, & se plus sapere estimēt,  
 probatum iri spero & confido. Quod  
 eo magis consequuturū me expecto,  
 quod Eximij ac nunquā sine hono-  
 re à me nominandi Doctoris ac præ-  
 ceptoris mei, cui meritò quicquid in  
 hac scientia profeci acceptum fero,  
 Raimundi Lullij præclaram & in pri-  
 mis nobilem hodieq; etiam num flo-  
 rentem familiam Ill. D. Tua sangui-  
 nis cognatione attingat. Quod solum  
 si non erga Doctorem meum ingra-  
 tus videri vellem, mouere me & im-

uellere

## DEDICATORIA

pellere poterat, vt has meas lucubrã-  
tiunculas Illustrissimæ Domin. Tuæ  
nomini potissimum dedicandas iu-  
dicarem: Sed accesserunt insuper in  
me beneficia non parua, eoq̃ue ma-  
iora quo minus expectata. Factum  
est enim nescio quo casu; nisi quod  
pro sua humanitate summa & erga o-  
mnes propensa benignitate, tam igno-  
tos quam notos Regiæ Ma. Catholi-  
cæ subditos vltro amplectatur, foueat;  
& ab aliorum iniurijs protegata de-  
fendat, vt Ill. D. Tua mihi prius benẽ-  
ficio quã nomine cognita fuerit. Nec  
hoc contenta, postea etiam num in e-  
omni studio & opera iuuare, negotiã  
meã promouere, & fauorem omnem  
mihi meisq̃ue polliceri non desti-  
tit: quo factum est vt mea erga ipsam  
obseruantia & amor tantum ac-  
cesserit, vt idem dies mihi benefactorum  
ipsius memoriam ablaturus sit  
qui & vitam. Interim pro declaran-  
di animi mei erga Illu. D. Tuam offi-  
cio & studio, vt hunc meum libellum  
& qualemcunq; studiorum meorum  
fructum ipsi dedicatum, cõsecratum;  
nominiq̃ue eius adscriptum obsequij  
voti pignus perpetuum ac sempiternũ

## E P I S T O L A

æquo bonoq; animo suscipiat, hanc-  
 que gratiam, quam illi iure optimo  
 ac meritissimo refero, benigne cõsu-  
 lat, & me in clientum suorum nume-  
 ro perpetuo retineat, ac me meaq; si-  
 ut incepit, iuuare, ac patrociniò suo  
 tueri pergat, simplex oro atque obte-  
 stor. Faxit Deus, quem ardentibus vo-  
 tis rogo & obsecro, vt omnibus Illust.  
 D. Tuæ coeptis ac conatibus adsit, vt  
 quicquid optat, quicquid aggreditur  
 tam priuatim quam publice, illi suc-  
 cedat ex sententia, eamq; gratiam ac  
 remunerationem consequatur à Reg.  
 Ma. Cath. quam multorum annorum  
 continua seruitus, diligentia, indu-  
 stria, & in negotijs Suæ Mai. Cath. tra-  
 ctandis prudentia, ac fides singularis  
 toto tempore quo Otatoris amplissi-  
 mo munere apud Sacram Cæsaream  
 Maiestatem functa est promerentur.  
 Ego vero Illu. D. Tuam diligam sem-  
 per toto animo, & quam maxima po-  
 tero reuerentia venerabor & colam:  
 neque tamen pares vnquam illi gra-  
 tias agere, ac ne partem quidem vl-  
 lam ipsius erga me beneficiorum fa-  
 tis perpendere, aut animo compræ-  
 hendere valebo. Deus Opt. Max. Illu-


DEDICATORIA.

Illustriss. D. Tuam suis donis augeat, de-  
coretque magis ac magis, & in pluri-  
mos annos sospitem ac incolumem  
conseruet. Datum Coloniae Agrip.  
4. Calen. Iun. Anno à partu Virginico  
cl. l. xcv.

Illustriss. D. Tuæ

deditissimus cliens

Evvaldus Vogelitus.



IN LIBRVM DE LAPIDIS  
PHYSICI CONDITIONIBVS  
PRAEFATIO.

In qua diuersi ac varij artificum labores  
recensentur, & Auctoris intentio  
declaratur.

*Chemistarū  
varia studia.*

*In animalib.  
artem suppo-  
nentes.*

**Q**VICVNQVE Chemia operam dant, scopum quidem omnes vnum sibi proponunt, hydrargyrum, aut metalla vilia & impura in aurum argentūque conuertendi, sed vt id assequantur varias inueniunt vias, & diuersam fere ab alijs singuli materiam assumunt. Hi enim in animalibus illam quaerunt, & propterea è basiliscis, salamandris, viperis, busonibus, alijsq; venenatis eliciendam putant; eo quod Philosophi nonnunquam hac nomina per similitudinem quandam Lapidi suo accommodarint. Adeo vesana auri fames hominum mentes inuasit, vt eius potiundi cupiditate vitam ipsam cuius proroganda conseruandaq; gratia cuncta comparantur, negligant: vt non immerito exclamauerit Poëta quamuis alio respectu.

Quid non mortalia pectora cogis  
Auri sacra fames?

*In animalium  
partibus, hu-  
moribus, &  
excrementis.*

Illi non tam periculo se insipientes, nibilo tamen prudentiores ea quae ex animalibus ortum habent scrutantur, & in omni, sanguine, melle, lacte, crinibus, & quod dictu foedum, spermate, menstruis, vrina, alijsque excrementis laborem suum frustra impendunt.

PRAEFATIO.

Abfit enim à Sapiencia Dei gloriosi & sublimis, ut auri argentiq; semen, & thesaurum tam pretiosum in vilibus huiuscemodi & abiectis præter naturæ ordinem absconderit. Non negauerim in quibusdam supradictorum pulcherrima latere Naturæ arcana, ad metallorum tamen metamorphosin inualida constanter affirmit, nisi in argentum viuum & sulphur quæ metallorū sunt principia prius redigantur; quod fieri non posse verisimile est. Quamuis enim mihi quidam ex sale vrinae se minuta grana hydrargyro similia vasis lateribus adhaerentia eduxisse asseruerint, speciem tamen quandam potius quam reuera argentum viuum fuisse credendum est, cum grana illa non instar mercurij liquidi inter se coeant, nec alias eius proprietates referrent. Si autem lapidem physicum aut eius principia siue elementa his aut similibus vocibus quandoque nuncupauerint Philosophi, non abs re factum fuisse iudicandum. Nec enim his nominibus vsi fuere tantum, ut artem celarent, & imperitos indignosq; secluderent, sed etiam ut doctiores prudentioresque allicerent, & inusitatarum vocum & rerum proprietatibus eandem docerent & aperte declararent.

Quare Philosophi variarum rerum vocabula lapidi accommodarint.

Alij vegetabilia præferenda existimant, & Philosophorum Lunariam, cum mercuriali, chelidoniq; & similibus solliciti peruestigant, montes, valles, sylvas plana, deliua, roscida & arida percurrunt, & cum omnia tentauerint, operam & impensam amisisse se conqueruntur: deinde ad diuersarum arborum gummi & lachrymas, resinasq; conuertuntur, nec tamen in his etiam fructum laborum suorum quisquam

In vegetabilibus artena sup.

inuenisse se latatur. Quāuis enim supradicti possibilis  
 prasupponant per naturam, tamen citius, vt ait  
 Geber, prę labore deficientes vita excedent,  
 quā vt incepta ad finem deducere valeant.

*Tinctura au-  
 ri per vini  
 spiritum edu-  
 cta, quomodo  
 ad transmu-  
 tationem me-  
 tallorum ac-  
 commodāda.*

Quidam subtilius naturę secretarimantes, vini  
 spiritum addito proprio sale quam potuerunt maxi-  
 deduxerunt, & cum eo auri calorem & tincturam  
 me subtiliarunt, & ad quintam quandam naturam  
 elicientes nos minimum arcanum nacti sunt ad deple-  
 ratissimos morbos prestigandos, caloremq; natura-  
 lem fouendum, augendumq; singulare remedium, in  
 chrysopeia tamen parui momēti, nisi auri tincturam  
 à vini spiritu segregatam proprio corpori albo in ar-  
 gentum viuum redactō, quod maxime probatur, aut  
 saltem spiritib. aliorum corporum metallicorum va-  
 rijs sublimationum modis expurgatis & subtiliatis  
 quis coniungere, & tincturis saepius repetitis, postea  
 simul figere nouerit.

*In lapidibus,  
 fluoribus &  
 gemmis arte  
 ponentes.*

Nonnulli animalia vegetabiliaq; taquam ab opere  
 physico aliena damnantes, coralia, crystallum, gem-  
 mas, aut lapides lucidos, vel etiam obscuriores sed  
 coloribus imbutos in metallorum mineris repertos,  
 quos à fluendo Germani Flüsse, metallici fluores vo-  
 cant, quod ignis calore facile liquecant, eligunt, hos  
 putrefactionum modis quibusdam soluunt, solutos  
 percolatione aut per lacinias depurāt, depuratos ite-  
 rum coagulare nituntur, & quandoq; in lapillos cry-  
 stallinos & visu iucūdos concretere vident: sed quo-  
 niam post eorum proiectionem super metalla, ingres-  
 sum non habere deprabentur, eosdem labores re-  
 iterant, nec quenquam tamen eorum tantę operę  
 pretium retulisse vnquam intelleximus, aut etiam-

PRAEFATIO.

num vlla ratione referre posse iudicamus.

Alij cum salibus, atramentis & aluminibus metal-  
 lorum viliū immunditiem & sordes extrinsecas ad-  
 uentitias omnino auferrī posse crediderunt, & postea  
 per decoctionē conuenientem in aurū argentūq; mu-  
 tari: aut metalla puriora ad intēsiorem coloris & tin-  
 ctura gradū per illorum admistionem & cemēta pro-  
 moueri, vt deinde exuberāti sua tinctura argentū vi-  
 uum & impuriora metalla in argentū aurūve con-  
 uertant: vel vt nō modice peculioso compendio as fer-  
 rumve, aut etiā arg. viuum precipitatum, vt vocant,  
 horum adminiculo auro inseparabiliter permisceant.  
 Non inficiam iuerim cum his alterationes quasdā, &  
 forte etiam transmutationes, quibusdā adiunctis &  
 simul cōpositis, fieri in metallis, inuare etiā quan-  
 doq; ad solutionē & mūdificationē, nec nō coloris aug-  
 mentationem opus tamē philosophiū intrare vnione  
 partiū inseparabili, aut ex ijs solis Elixir posse cōponi  
 nego: quinimo talia opera laboriosa admodū & diffi-  
 cultatū plenissima semper cū Philosophis existimaui.

Qui vero in magnesia & tutia, praesertim vera  
 in marchasitis operam impendunt, id cōmodi assequi-  
 videntur, vt quoniam metalla omnia & ipsum Elixir  
 ex sulphure & arg. viuo componi oporteat, nō necesse  
 habeant ea aliunde cum labore petere, quae in horum  
 intimis abunde & leui opera inueniuntur. sulphur e-  
 nim in se habent purum, & insuper argentum vi-  
 uum mortificatum, & mediocriter preparatum. vn-  
 de excusantur ab acceptione argenti viui vulgaris,  
 & à labore mortificationis eiusdem, cū m. e. curius ne-  
 cessario mortificandus sit & coagulandus, antequam



P R A E F A T I O.

Elixir fieri possit ad alia metalla transmutanda. Sed hos non minus falli quam supradictos, propter proportionem & mixtionem elementorum in his à metallorum natura alienam, inferius ex natura principijs, ut spero docebimus.

In spiritibus  
metallicis  
art pon.

Quidam profundius naturæ peretralia scrutantes, putarunt in spiritibus mineralibus solis, argento viuo scilicet, sulphure & auripigmento vel arsenico perfectionem consistere: nec, omnino temere, aut inani coniectura. Cum enim necesse sit subtilissima & purissima substantia ac celerrime liquefactionis esse rō quæ hydrargiro & metallis impurum adhaereat & forma alterationem inducat, in nullis melius quam in spiritibus has Elixiris proprietates reperiri posse crediderunt. A terrestreitate igitur, quæ ingressum impedit ac fœdum colorem dat, per sublimationem eos mundant, sic enim splendidiores & magis peruij, subtilioresq; multo redduntur, & facilius corporum densitatem subintrant & penetrant. Duplex tamen incommodum in ijs deprehenditur, quia videlicet non fixi, in examinatione à corporibus recedunt, firmiter enim & cum utilitate ijs adherere non possunt ob naturæ suæ volatilitatem & fugam, imò quandoq; corpora secum eleuant, & simul aufugiunt. Si vero fixantur, in terream substantiam rediguntur, prout apparet in argenti viui fixatione, quæ per precipitationem peragitur: proinde ingressum non habent neque liquefactionem, nisi forte vitrificatoriam.

In metallis  
ignobilibus  
artem statueret.

Que animaduertentes alij, utilius in corporibus Elixiris materiam querendam censent. Itaque impura metalla in calcem redigunt, ut sulphureitatem

adustiua[m] corrumpentem per ignem deleant, deinde denuo in corpus reducunt, idq[ue] multoties reiterant. tandem corpora iuxta intentionem suam sic purgata igne solo ad summum perfectionis gradum deducere, aut imperfecta cum perfectis iungendo simul perficere conantur. Sed cum nō sufficiat philosophis auri vel argenti frustum facere, sed potius Elixir querant, quod ipso auro & argento decuplo, centuplo, aut millecuplo sit perfectius, videntur merito hi labores tanquam parum vtilis fugiendi & reijciendi.

Quocirca prudentiores nonnulli videntes corpora imperfecta in radice sua immunda, nec facile nisi per medicinam extrinsecus aduētitiā purgari, qua superfluitates illorum tollat, argentumq[ue] viuum eorundem consolidet & figat, in perfectioribus corporibus eandem perquirendam merito existimauerunt. Sed cum nulla fiat generatio nisi post corruptionem, haec autem corrumpi difficillimum sit, propter fortem ipsorum compositionem & difficiliorem resolutionē, argentum viuum ipsis homogenium pro ratione asciscendum censuerunt, quo crebris digestionū sublimationumq[ue] modis corpora perfecta ita subtiliarunt, & in vegetabilem quodammodo, vt putant, naturam deduxerunt, vt non solum in arborem auream argenteamve in cucurbita excrescerent, sed etiam aliud argentum viuum in sui naturam perpetua augmentatione seu fermentatione conuerterent & coagularent. stupendo sane naturae miraculo, si postea debite ea fixare, fixis ingressum, & facilem fusionem cum alteratione inuariabili conciliare nouerint.

Sunt tamen qui supradicto secreto non contenti cum

In metallis  
perfectis arte  
stauentium  
opinio.

PRAEFATIO.

*alia operan-  
tium opinio.* sibi persuadere non possint, duo in opere natura extre-  
ma, prout est argentum viuum in vna parte, & in  
alia metallum perfectissimum rite coniungi aut simul  
manere & tingere posse, dispositionem quandam me-  
diam inter mollietē argenti viui, & duritiem metalli  
inquisuerunt, quae sit causa coniunctionis horum duo-  
rum: Istud autē medium dixerunt sulphur naturae,  
quod crebris imbibitionibus mercurio è corporibus per-  
fectioribus educto turgidum, & per sublimationem  
philosophicam à terrea feculentia segregatum &  
mundum, corpus perfectum tanquam sibi simile ob  
puritatē facile amplecti, & sic fixum & proprio mer-  
curio saepius imbutum, ad Elixiris completum per-  
duci posse sperant.

*In auri spiri-  
tu artem sta-  
uentes.*

Quidam secretiorem indagationem moliti, & vi-  
dentes auri puriorem partem crassiore impurioreq;  
abiecta, quam nonnulli verum auri semen, auri spiri-  
tum, vel auri sulphur appellant tanta virtute pollere,  
vt hydrargyri ad ignem feruenti superiectum ipsum  
in aurum permutare, valeat, ita tamen vt quantita-  
tem corporis à quo detracta sit non superet, eam ip-  
sam spiritu metallico amplius subtiliare, & ad natu-  
ram magis spiritualem deducere conātur, vt non de-  
cem, viginti aut triginta pondera argenti viui, aut  
imperfectorum metallorum, vt prius, sed mille &  
amplius, immo infinita in aurum verum transmu-  
tet.

*Aurum spiri-  
tuosum que  
reperit.*

Alij aurum recens è mineris excisum, necdumq;  
ignem experitū & cuius spiritus nondū exhaustus sit,  
vt opinantur, ideoq; spirituosum vocant, in opere prae-  
ferunt, & argēto viuo iunctū magis attenuare, & po-  
stea

Ita simul figere conantur. Sed quia Philosophi constanter affirmant lapidem omnino loco & regione fieri posse, & ubique inueniri, videtur haec scrupulosa nimium inquisitio.

Atque haec sunt Chymistarum diuersa opera generatim mihi enumerata, quibus medicinam tam corpora humana quam metallica infirma & corrupta curantem, & naturam defectum supplementem componere nituntur, quae praemittenda huic nostro tractatui iudicauimus. Neque est animus singillatim omnia complecti, cum id fieri non possit: unum enim quamuis sit opus legitimum, & à philosophis descriptum, errores tamen artificum à tramite recto uariantium in infinitum extenduntur, quoniam innumera est materiarum miscibilium, quemadmodum & proportionum, diuersitas. Et quantumuis quis in conuenienti materia operari collocet, tamen ex superabundantia vel diminutione etiamnum peccare, & labi facile potest, in quibus tamen pessibilis est per doctrinam & philosophicorum librorum inuestigationem correctio. Si quis vero speciatim magis operantium varios labores cognoscere desideret, scribentium de hac arte libros euoluat, qui errores suos & aliorum scriptis mandarunt, & forte damnatos ab alijs labores se quoque sequutum, & pedem ad eundem lapidem offendisse dolebit: nec minus quandoque erroris causam deprehendisse letabitur. Generaliter igitur de supponentibus artem in animalibus, vegetalibus, medijs mineralibus, spiritibus, corporibus metallicis, aut mixture utrorumque loquutum esse sufficiat, ut videlicet tanquam ad

Errores operantium insigniti propter veram & proportionum diuersitatem.

Auctoris intentione.

PRAEFATIO.

Capita vniuersalia singula chymistarum opera relegari & examinari possint. Decrem enim hoc libello septem Medicinae siue lapidis physici proprietates à Gebro, Cap. 2. libri de Inventionem perfectionis accuratissime traditas, & in opere omnino requisitas, totidem Capitibus prosequi, easq; adductis philosophorum huius artis auctoritatibus pro ingenij mediocritate explicare. & artificum varios labores cum opere physico conferre, vt quilibet veritatis studiosus in errorem non sponte prolapsus tanquam ad normam aliquam opus suum dirigere, & peccatum corrigere possit. Cum enim haec ars obscure admodum à veteribus tradita sit, nec absq; ratione, ita vt vix humanus intellectus nisi diuinitus illustratus ad eam pertingere possit, sit insuper vt plures obliquis & deuis tramitibus insistentes à recta semita aberrent, siue impostorum & Sophistarum fraude & speciosis verbis argumentisq; Sophisticis illusi. seu chartis & sibi hedis nebulorum & Sycophantarum auaritia & dolo confictis seducti, vel quod Philosophorum libris ad literam & superficie tenus intellectis, & sententijs paucis ac verbis quibusdam à verò Auctorum sensu perperam & violenter detortis, & suis intentionibus ac phantasus applicitis contenti, verum nucleum qui sub duro putamine sapius latet eruere, aut auctores auctoribus conferre, & eos conciliare, sicubi dissentire videntur, non contentur. Cum quibus sane melius ageretur si audirent Seniores dicentem. Operationem secundum intellectum literarum esse dissipationem diuitiarum. Item Comitum Bernardum pulchre momentem, & alios suo exemplo instrumentem, dicentem.

Cause errorum  
diuersorum.

In Clauis Sapa  
ma

PRAEFATIO.

sententiamque. Attente considerandum esse in quo conueniant maxime Auctores, ibi namque latere veritatem, quæ vnica tantum, & simplex esse potest. Si quis vero plures lapides aut diuersas ad lapidis compositionem dispositiones esse imaginatur, is perbelle sibi & alijs imponit: cum vnanimi consensu scribant Philosphi vnum esse lapidem, vnã medicinã & vnum opus. Immo subtili creaturæ naturã indagator: & in arte versato conspicuum & certum est ratione inconcussa & firma, lapidem in infinitum multiplicabilem, per naturam esse non posse, nisi vnicum. Si autem quandoque productes reperiantur plura aut pauciora pondera conuertentes, id non ex Medicina diuersitate, sed eiusdem maioris vel minori subtiliatione contingit, vel quod virtus eorum pluribus proiectionibus diminuta vel exhausta sit. Dixi, in infinitum multiplicabilem, siue innumeras partes tingentem, quia non dubito, quin alia tinctura componi possint imperfecta metalla tingentes & alterantes formamque veram auri vel argenti inducentes, sed ea certis limitibus & gradibus coarctantur, nec vltcrius se extendunt, in quibus soepe laboris plus & sumptuum, quam lucri. Quare si Theophrasti Paracelsi sectatores & in ipsius verba iurati, alium sibi lapidem magis compendiosum ex magistri sui doctrina spondent, tu veritatis amator illis aures ne prabeas, sed antiquorum Philosphorum securiorem & naturæ amicum progressum imitare, eorum scripta & libros enolue, & in ijs veritatem inquire, cum Paracelsus forte æquo iactantior solus sit, qui veterum processum inuentionibus suis se prægressum gloriatur.

vnus lapis  
multiplicabilis  
in natura

Contra Paracelsi sectam.

PRAEFATIO.

Paracelso la-  
pidis composi-  
tionem inu-  
enisse.

rietur, & paucissimis verbis y. q. obscurissimis & su-  
pra modum ambignis, quae tamen ignorantibus plana &  
aperta videntur, intentionem suam diuinarum magis quam  
cognosci voluerit, Sapientium vero antiquorum nume-  
rus maximus sit, qui vnum nobis lapidem eiusque pro-  
cessum singularem, Cabalstico quodam more, & certis  
verbis ac nominibus quibus se mutuo intelligunt, tradi-  
derunt, e quorum collatione & mutuo consensu veritas,  
quamuis cum labore aliquo, erui facilius potest. Qui-  
nimo asseuerare ausim Paracelso philosophorum la-  
pidem nuquam innotuisse, nec Raimundi Lullij vel  
aliorum huius artis doctorum scripta intellexisse.  
Quod meum iudicium praeter rationes certas, quibus  
ut id credam adducor, confirmavit mihi epistola qua-  
piam sua vir quidam Illustri genere natus cuius pater  
Paracelsum familiariter nouerat. Neque tamen pro-  
pterea ipsius in spagyrica arte peritia quicquam de-  
rogatum cupio, cum satis liqueat ipsi plurima natura  
arcana cognita fuisse, & in ea Medicinae parte, quae Chy-  
rurgica dicitur, excelluisse, sed habent sua dona sin-  
guli, nec cuiquam omnia concessit Deus.

Quisquis igitur septem quas describemus Elixiris  
conditiones in opere suo inuenerit, aut, si manum non-  
dum operi admouerit sola theoria contentus, inueniri  
posse sperat, is secure ad opus accedat, sibique prospera  
omnia polliceatur: si tamen praeterea ignem ph. loso-  
phicum, cum fornace, & vase, proportionisque miscen-  
dorum probe nouerit, sine quibus reliquorum cog-  
nitio parum iuuat, Qui vero vnam aut plures dicenda-  
rum proprietatum desiderauerit, certo sciat laborem  
suum inanem & sine fructu futurum: proinde ab o-

peris

## PRAEFATIO.

peretāquam nimis arduo abſtineat, aut librorum bonorum ſtudijs incumbat, donec plenam artis notitiam aſſequutus fuerit, & tum demum operi ſe accingat: alioqui de errore in errorem cadet, & impendia tempusque inconſulte amiſſum dolebit. Oportet enim vt in hoc ſtudio doctrina experimentum præcedat, & non contra, & vt exemplum Rhafis, Auienna, & aliorum Philoſophorum ſequamur, qui nobis ſcripto prodiderunt, hæc iſtis cognita fuiſſe ante experimentum, cum cogitatione ſubtili, vehementi, & longa. Septem itaque Capitibus Gebri explicationem finiemus, nihilque dicemus quod non rationibus aut Sapientum huius profeſſionis auctoritatibus confirmemus. Sed primo loco Gebri caput de Septem Medicina proprietatibus, cuius potiffimum interpretationem pollicemur, præmittemus, ne ſi cui Geber ad manum non ſit, utilitate & fructu lætionis ipſius defraudetur. At quoniam ſecundum Caput à primo eiusdem libri dependet, & quia neceſſe eſt eaſdem conditiones quas habet Elixir perfectum, eſſe in rebus Elixir conſtituentibus, ſi non effectu & operatione, ſaltem potentia & natura, fruſtra enim alioqui in re quaeremus quod in ea non eſt, vtrumque Caput  
Lib. de Inuentione veritatis  
adnectemus.

Doctrinam  
experimenti  
precedere  
debere.

LIBRI



P R A E F A T I O .

Libri de inuentione veritatis  
seu perfectionis.

Cap. I.

*De sex proprietatibus rerum, ex quibus Medi-  
cina elicitur.*

**C**onsiderauimus in nostris volumini-  
bus, ex secretis principiorum natura-  
lium facultatibus, quin etiam per experi-  
entiam nostram & inuestigationem inue-  
tionis nostræ omnino certam, quod ea, ex  
quibus elicitur nostra medicina corporum  
transmutandorum, habeant in se has qua-  
litarum proprietates. Primo quod habeant  
terram subtilissimam in se, & incombusti-  
bilem, aptamq; ad figendum, omnimodo  
fixam cum suo radicali humore. Secundo,  
humiditatem aëriam & igneam vniformi-  
ter illi terræ coniunctam, sic quod si vnum  
fuerit volatile, sit & reliquum, & quod ipsa  
humiditas sit super omnes humiditates ex-  
pectans ignis calorem, vsque ad sui suffici-  
entis inspissationis terminum completum,  
quoad indigentiam completionis ipsius, cū  
permanencia inseparabili terræ sibi anne-  
xæ, sine euaporatione. Tertio, quod humi-  
ditatis dispositio naturalis sit talis, quod  
per beneficium suæ oleaginitatis in omni-  
bus suarum proprietatum differentijs, ter-  
ram sibi annexam, conuersione vtriusq;

in alterum homogenice, sic contemperet  
 vinctuose, & vnione totali, & vinculo con-  
 iunctionis inseparabilitatis æqualiter, vt  
 post finalis præparationis gradum fusionē  
 bonam præstet. Quarto, quod hæc oleagi-  
 nitas sit tantæ puritatis essentiæ, & ab omni  
 re combustibili seu vrente artificialiter  
 emundata, quod omnia cum quibus per mi-  
 nima coniungitur, non cõburat, sed à com-  
 bustione præseruet. Quinto, quod claram &  
 splendidam habeat tincturam in se, albam  
 vel rubeam, mundam & incombustibilem,  
 stabilem & fixam, & quod ignis nequaquam  
 valeat ipsam permutare, neque sulphurea  
 adustiua seu acuta corrodentia ipsa corpora  
 corrumpere & defœdare. Sexto, quod to-  
 tum compositum inceratum cum suo com-  
 plemento finali, sit tantæ subtilitatis, mate-  
 riæq; tenuitatis, quod post finalem suæ de-  
 coctionis terminum, in proiectione te-  
 nuissimæ maneat fusionis ad modum aquæ,  
 & penetrationis profundæ, vsque ad occul-  
 tum rei permutabilis cuiuscunque fixationis  
 ipsum extiterit in complemento: & cum vi-  
 cinitate sua seu affinitate adhæreat suo simi-  
 li naturaliter, cum inseparabili consolida-  
 tione contra impressionem ignis in ipsa ho-  
 ra, sua spiritualitate corpora in volitum re-  
 ducens.

DE SEPTEM ME  
 DICINAE PROPRIE-  
 T A T I E V S.

## C A P V T II.

**H**IS consideratis, inuenimus inue-  
 stigatione nostra, septem proprie-  
 tates rerum in nostro lapide ne-  
 cessarias, & opportunas, & sunt hę.  
 Oleagenitas, materię tenuitas, affinitas,  
 radicalis humiditas, puritatis claritas, terra  
 figens, & tinctura.

Prima vero differentiarum proprietas,  
 est ipsa oleaginitas, dans in proiectione  
 vniuersalem fusionem & apertionem ma-  
 terię. Nam primum quod necessarium est  
 post medicinę proiectionem, est ipsius me-  
 dicinę subita & conueniens fusio, quę cum  
 oleaginitate minerali perficitur, ac inuisce-  
 ratur.

Secunda, est materię tenuitas, siue ipsius  
 subtilitas spiritualis, tenuissime fluens in  
 fusione ad instar aquę, penetrans in profū-  
 dum rei alterabilis: quia secundo post fu-  
 sionem medicinę, necessaria est ingressio  
 eius immediatę.

Tertia

## P R A E F A T I O.

Tertia est affinitas siue vicinitas inter Elixir & rem transmutandam, dans adhærentiam in obuiatione sui similis, & retentione quia tertio post medicinę ingressionem immediate adherentia conueniens est & necessaria.

Quarta est radicalis humiditas, ingnea, cōgelans, & consolidans partes retentas, cū adherentia sui similis, vnione omniū partium consimilium inseparabiliter in æternum: quia quarto post adhærentiam opportuna est partium consolidatio, cum sua radicali humiditate viscosa, & necessaria.


Quinta, est puritatis claritas mundificatiua, dans splendorem eminentem à combustionem præseruans, non adurens. Non post consolidationem partium purificatarum relinquitur, quod ignis actualis habet comburere omnes superfluitates extraneas, non consolidates: quare sequetur purificatio immediate, & est necessaria.

Sexta, est terra figens, temperata, tenuis, subtilis fixa, incombustibilis, dans fixationis permanentiam in solutione adhærenti secum, stans & perseverans contra ignem: quia sexto necessaria est immediate fixio post purificationem, & opportuna.

**P R A E F A T I O.**

Septima, est tinctura dans colorem splendidum & perfectum, album aut citrinum intensum, & Lunificationem seu Solificationem rerum transmutabilium: quia septimo post fixationem necessarius est & ultimus, color tingens seu tinctura colorans materiam conuertibilem in verum argentum vel aurum cum omnibus suis differentiis certis & notis.

*Huc vsque Geber*



# DE LAPIDIS PHYSICI CONDITIONIBVS.

LIBER.

De Medicinæ subita & conuenienti fusione, quæ cum Oleaginitate minerali perficitur.

## CAP. I.

*In quo metallorum materia prima, quid sit in arte oleum, quotuplex, vnde petendum, eius preparatio, & augmentum, dignitas & necessitas, diuersa nomina & variae facultates explicantur: Demum quid sit Ceratio apud Chymistas, & quot modis subita & facilis fusio Medicinæ concilietur, cerationisq; perfecta signa ac commoda inuestigantur.*



Mnium quæ liquefcunt materiam primam esse aquam, cum ex Aristot. & alijs Philosophis constat, tum ratione etiam naturali deprehenditur. Quamdiu enim liquida sunt, quærunt terminum alienum, nec quiescunt intra terminos proprios, quod est humoris: non enim alia de causa liquefcunt quæq; , nisi quod humor eorum astrictus soluatur, redigaturq; ad propriam vim & actionem. Præterea, quæ à frigore congelantur, abundant in sua materia prima humido aqueo: metalla autem frigore aeris & aquæ congelari quotidiana ex-

Liquefcē  
tium ma-  
teriã pri-  
mam esse  
aquam.

A

perien-

Metallo-  
rum humi-  
dum vis-  
colum.

Quare hu-  
midū vn-  
ctuosum  
metallo-  
rum non cō-  
buratur.

perientia docet, igitur aqua abundant & ea constant. Sed quoniam humor omnis siue proprio corpori innatus, siue alieno affusus, facile euaporat ab igne quantūuis lentissimo, prout testantur eruditæ Spagiorum distillationes, nam aqua ignis calore subleuata per operculi narem distillat, terra arida in fundo cucurbitæ residente, metalla autem in fornacibus ardentibus suam conferuāt humiditatē, non obscure intelligimus, eā nō esse simplicis aquæ, sed vinctuosam & lentā. Neq; enim videmus alios humores difficulter separari ab ijs quibus sunt naturales, nisi glutinosos, ita enim eorū partes inter se cohærent, vt non facile diuelli possint. Sic singulari quadam prouidentia diuina humor animantibus ingenitus pinguis est factus, vt à calore naturali citò non exsicceatur, quā gratia diu viuunt & vigent. Quocirca vt natura aquæ in metallis permaneret cum durabilitate, alia esse non potuit, quā viscosa & lenta. Sed quia humidum vinctuosum videmus in pluribus inflammari & cōburi, metallorum autem humorē igne non dissipari nec consumi, aut difficulter admodum, non videtur solum humidum vinctuosum & viscosum metallorum esse materia, sed vt est passum à terreis partibus tenuissimis, ita adæquatis, & forti vnione cōmixtis, vt minimum vnus sit idem factum cum mi-  
nimo

nimo alterius, & vnus plurimū cum plurimo alterius; quo contingit vt terra non permittat humidum alteri adhærere quàm sibi, neq; in toto diffluere, sed quasi per globulos constare, humidum verò siccum terreum sic contemperet, vt fluat, & currat in superficie plana, & vndiq; protegat, ne ab igne consumatur. Quocirca pars humida non derelinquit partem siccam, nec è conuerso, sed aut cum tota sua substantia recedit ab igne, aut cum tota permanet.

Metallorum igitur materia omnium prima est humidum viscosum siue vinctuosum, incombustibile, subtile, incorporatum terrestri subtili æqualiter & fortiter commisto per minima in cauernis terræ. Sed sicut in multis rebus duplex est vinctuositas, quarum vna est quasi interna, retenta in radicibus rei ne per ignem possit euelli, nisi per consumptionem & destructionem substantiæ cui inhæret, altera quasi externa, fœculentum & cremabile aliquid admistum habens; ita in metallis omnibus excepto auro duplicem quoq; vinctuositatem constituimus. Vnã quidem, externam sulphuream & inflammabilem, quæ per accidens illis accessit, nec pertinet ad vnionem totalem cum terrestribus partibus rei, aliam verò internam subtilem valdè, non cremabilem, quoniam est de substantiali compositione argenti viui, ideoq; per ignem

Prima metallorum materia.

Vinctuositas duplex in metallis.



## De Oleag. minerali

Quare me-  
talla quæ-  
dam ma-  
gis vel mi-  
nus igne  
tolerant.

eradicari non potest, nisi cum totius sub-  
stantiæ deperditione. Unde patet quare me-  
tallorum quædã plus vel minus in igne per-  
durent: quæ enim magis abundant interna  
illa vinctuositate, minus consumuntur, vt pa-  
tet in argento, & maxime in auro, quæ verò  
externa, magis, vt plumbum & ferrum: ad-  
urens enim sulphur illorum substantiæ in-  
clusum per inflammationem illa diminuit,  
& exterminat in fumum. Hinc Rosarius.

De Inue-  
stigat. per-  
fect. cap. 5.

Sum. per-  
fect. Cap.  
de natura  
Veneris.

*Nullò modo inuenire potuimus, nec Philosophi  
vllò modo inuenire potuerunt aliquam rem perseue-  
rantem in igne, nisi solam illam vinctuosam humi di-  
tatem perfectam, non cremabilem Vtramq; etiã in-  
sinuat Geber his verbis. Habent corpora imper-  
fecta humiditates superfluas & sulphureitatem ad-  
ustibilem nigredinem in ipsis generantem, ipsaq; cor-  
rumpentem: habent etiam terreitatem immun-  
dam fœculentam & combustibilem, nimis grossam,  
ingressionem impediens & fusionem. Et quia hæc  
superflua accidentaliter in his superuenerunt corpo-  
ribus, & non radicaliter, & spoliatio accidentium  
possibilis est, oportet nos cum igne artificialibus præ-  
dictis mundatis superflua demere accidentalia, sola  
substantia argenti viui & sulphuris radicalis perma-  
nente. Et alibi. Ex præcedentibus sermonibus relin-  
quitur duplicem esse in corporibus sulphureitatem:  
vnã quidem in profundo argenti viui in principio  
sua mistionis, alteram verò superuenientem. Qui-  
bus in locis quamuis vinctuositatis mentio-  
nem*

nem non faciat, tamē cū sulphur utrūq; adustibile videlicet & radicale nomet, satis intentionem suam declarat, cū sulphur absq; vinctuositate esse non possit. Vinctuositatis puræ & mundæ meminit etiamnum B:

Thomas Aq. Terra, inquit, id est, turbulentia terreitatis ab vinctuositate intrinseca radicali pura & incombustibili separatur. Et eximius Raim.

Lullius. Hæc est illa vinctuositas intrinseca, multum subtilis, non cremabilis, continens admistum subtile terreum deductum ad actum igneum vel ærium fortiter digestum, quod retinetur in radicibus rei ta-

liter, quod per ignem amplius non possit euelli. Hanc itaq; vinctuositatem internam, puram, in radicibus metallorum retentam, & ignis violentiæ non obnoxiam Oleaginitatem vocat

Geber, aut potiùs ipsius interpres: alij Philosophi Oleum & Vnguentum. Sicut Venerabilis Lullius in primis in hæc sententiam.

Extremitates lapidis in primo gradu sunt arg. vivum & sulphur, in secundo Elixir completum: sed media harum duarum extremitatum sunt vnguenta & olea, quorum aliqua sunt magis cocta, magis pura, & magis digesta quàm alia, & ista vocamus medicinam perficientia, & Elixiris fermenta. Et Avicenna. Hoc est Elixir quod tingitur tinctura sua, & submergitur oleo suo, & figitur calce sua: Cuius aquam inuenimus sicut aquam in mineralibus & oleum eius, sicut est sulphur aut arsenicum in mineralibus, & calx eius est, sicut calx in mineralibus.

Extremitates lapidis in primo gradu sunt arg. vivum & sulphur, in secundo Elixir completum: sed media harum duarum extremitatum sunt vnguenta & olea, quorum aliqua sunt magis cocta, magis pura, & magis digesta quàm alia, & ista vocamus medicinam perficientia, & Elixiris fermenta. Et Avicenna. Hoc est Elixir quod tingitur tinctura sua, & submergitur oleo suo, & figitur calce sua: Cuius aquam inuenimus sicut aquam in mineralibus & oleum eius, sicut est sulphur aut arsenicum in mineralibus, & calx eius est, sicut calx in mineralibus.

Extremitates lapidis in primo gradu sunt arg. vivum & sulphur, in secundo Elixir completum: sed media harum duarum extremitatum sunt vnguenta & olea, quorum aliqua sunt magis cocta, magis pura, & magis digesta quàm alia, & ista vocamus medicinam perficientia, & Elixiris fermenta. Et Avicenna. Hoc est Elixir quod tingitur tinctura sua, & submergitur oleo suo, & figitur calce sua: Cuius aquam inuenimus sicut aquam in mineralibus & oleum eius, sicut est sulphur aut arsenicum in mineralibus, & calx eius est, sicut calx in mineralibus.

Extremitates lapidis in primo gradu sunt arg. vivum & sulphur, in secundo Elixir completum: sed media harum duarum extremitatum sunt vnguenta & olea, quorum aliqua sunt magis cocta, magis pura, & magis digesta quàm alia, & ista vocamus medicinam perficientia, & Elixiris fermenta. Et Avicenna. Hoc est Elixir quod tingitur tinctura sua, & submergitur oleo suo, & figitur calce sua: Cuius aquam inuenimus sicut aquam in mineralibus & oleum eius, sicut est sulphur aut arsenicum in mineralibus, & calx eius est, sicut calx in mineralibus.

Extremitates lapidis in primo gradu sunt arg. vivum & sulphur, in secundo Elixir completum: sed media harum duarum extremitatum sunt vnguenta & olea, quorum aliqua sunt magis cocta, magis pura, & magis digesta quàm alia, & ista vocamus medicinam perficientia, & Elixiris fermenta. Et Avicenna. Hoc est Elixir quod tingitur tinctura sua, & submergitur oleo suo, & figitur calce sua: Cuius aquam inuenimus sicut aquam in mineralibus & oleum eius, sicut est sulphur aut arsenicum in mineralibus, & calx eius est, sicut calx in mineralibus.

In Com-  
ment. su-  
per Fab.  
Her.

In Codic-  
illo.

Vinctuosi-  
tas inter-  
na dicitur  
oleum.

Test. cap.

Epist. ad  
Asteno  
Recia.

Quare pri-  
mo loco  
de Oleag.  
loquatur  
Geber.

Oleaginitatem igitur inter medicinae pro-  
prietates primo loco ponit Geber, non quod  
ordine prima sit in opere Physico, cum aliae  
preparationes hanc necessario praecedant,  
sed tanquam digniorem & reliquarum regi-  
nam, & ex qua totum artis secretum depen-  
det, & in qua Sapientes sub diuersarum re-  
rum nominibus totam scientiam occultarunt.  
Huius naturam admirans exclamat in  
Turba Parmenides: *O natura illa caelestis, vir-  
tutis naturas multiplicans? O natura fortis sua vi-  
ctoria omnia superans? maxima huius est sed natu-  
ralis proprietas, cui tribuit Deus, ut ignis ei non no-  
ceat, ideoque illam magnificamus, quia nihil ea preti-  
osius: in natura enim nihil simile inuenitur, quae cum  
corporibus suis mundatis liquefactione coniungitur,  
altissima operatur.* De hac natura item Her-  
mes. *O natura fortis naturas vincens & superans,  
suasque gaudere faciens naturas.* Item Aros. *Ipsa  
est totum in toto, & id totum quod quaeritur, &  
quod cogitatur, in ipsa enim est fugiens & fixum, tin-  
gens & tinctum, album & rubeum, masculus & fe-  
mina, simul composita compositione inseparabili.*  
Hanc eandem naturam nobis commendans  
Lullius, inquit. *Spiritus secretus est aqua secun-  
da, a qua omnis res accipit nutrimentum, & omni  
germen vegetationem, & omne lumen illuminationem.  
Hae secum portat lumen, vitam & spiritum.*  
Quare autem aquam secundam vocet, quod  
ipsemet pluribus locis, & alij Philosophi si-  
militer

Test. cap.

47.

militer

militer, oleum dixerunt, ratio est, quia secundo loco extrahitur, post spiritum videlicet. prout ex infra dicendis patebit.

Quæ autem hæc est oleaginitas aut oleum à Deo pretiosum, cui in rerum natura nihil simile inuenitur? Possem paucis verbis definitionem eius veram proponere, & dicere vt supra, Oleaginitatem hanc nihil aliud esse quàm humidum radicale metallorum, purum & incombustibile, in quo essentia & forma metallica potissimùm cōsistit: sed quoniam non desunt Philosophorū in hac arte excellentium definitiones aliæ, eas potissimùm in medium adducam, non nihil diuersas propter olei dissimilitudinem, non quidem in re, sed propter corporum è quibus educitur varietatem, & in primis Venerabilis Raim. Lullij, qui *Oleum* definit *substantiam corporis per aquam depuratam, & portatam in ventre venti*. Dicit substantiam, quia est merum argentum viuum maturum & sufficienter à natura in mineris excoctum. *Corporis* videlicet Solaris, Solem enim siue aurum per excellentiam quandam corpus metallicum vocat, quia reliqua omnia metalla necdū perfectionem illam adepti sunt, ad quam tamen per naturam peruenire possunt. Hæc substantia præparatur & depuratur per aquam Philosophorum, & tandem *portatur in ventre venti*, id est, distillationibus crebris sursùm

Olei diff.  
nitio pri-  
ma.

Secunda.

Pract test:  
cap. 12.

Lib. 1. de  
minerali-  
bus. cap. 3.  
In tab.  
Smarag.

elevatur & leuigatur, reduciturq; ad venti, hoc est, ad aëris & spiritus naturam. Cuius interpretationis auctor est Albertus explicans illud Hermetis. *Portavit eum ventus in ventre suo. Argentum enim viuum, ut ait idem Lullius, quod à corporibus perfectis extrahitur per dissolutionem, distillationem, sublimationem, & subtiliationem, dicitur Oleum incombustibile, anima & aër, & splendor corporum, quia corporibus metallicis mortuis & imperfectis vitam tribuit immortalem, & ea illuminat.* Diffinitio tamen est generalis, quæ tam corpori Solari & Lunari, quàm calci etiam metallorum imperfectorum quæ etiã in arte Corpus dicitur, accommodari potest. Secundã Olei diffinitionem ex eodem Raim. Lullio, ni fallor, adfert Innominatus, dicitq; *Oleum nihil aliud esse, quàm limositatem omnium metallorum, natantem super menstruum post dissolutionem ipsorum.* Limositatem vocat limũ siue terram metallorum non quidem grossam & fœculentam, sed eius partem subtiliorem quæ cum grauioribus partibus mista fuit ante suam educationem, estq; instar luti cuiusdam vel cœni, *pars enim Mercurij maior in ea quàm terra, ut in lib. Lucis Mercuriorum asserit Lullius; & idcirco extracta per menstruum, quod aquam & phlegma ibidem vocat, menstrui similitudinem quodammodo refert, nisi quòd aeris magis & igneæ sit naturæ: quocirca non*

mirum

Clang.  
buc.

Tertia o.  
lei diffini-  
tio.

Cap. primum.

mirum est si aquæ seu phlegmati innatet, cum leuiora grauioribus naturaliter superstent. Vnde Rhafis. *Omne oleum congregatur supra suam aquam.* De hac Olei natura aëria Arnold. de Villa noua. *Olei perfecti signa sunt, gutta spissior, abscolor, intensior, & leuitas aëria, ita quod si ipsum aqua nostra miscueris, natabit superius.* Et Lullius. *Si miscueris ipsum aqua, supernatabit, & congelabitur ad modum tenuissima pellicula diuersorum colorum.* Item Io: Rupefciffa. *Posita calce, mediante calore eleuabitur quadam pellicula in modum olei.* Tertiam Olei diffinitionem adducit Albumasar Arabs asserens, *Oleum nihil aliud esse quàm aquam mutatam in aërem valida impressione aliarum qualitatuum, per conjunctionem ab illis susceptarum.* Per alias qualitates innuit calidum & siccum quæ in igne & terra latet, à quibus sæpiùs eleuata & denuò coniuncta aqua qualitatem calidam assumit frigiditatemq; sibi naturalem deponit, & in aeris naturam transit, fitq; calida & humida, de olei natura.

Ros. part.  
1. cap. 10.

In Codi.  
cillo.

In Lum.  
Lum.

Circa fi.  
nem lib.  
de fermē.  
to.

Quarta  
Olei diffi.  
nitio.

Ex quibus diffinitionibus colligimus, *O-* Diffiniti-  
leum Philosophorum nihil aliud esse quàm onū col-  
aquam, non quidem fontis aut pluuiæ, quæ latio.  
à metallorum natura aliena est, sed mercuri-  
alem, maximè vnctuosam, crebris distillati-  
onibus leuigatam, & ad aeris quodãmodò  
naturam redactam, in qua calidum radicale  
seu formale metallorum delirescit, eorum

materiam mundatam excoquens in verum argentum & aurum, adiuuante tamen naturam, & internum calorem mouente & excitante, igne artificiali extrinsecus adhibito. Aut, calcis metalli cuiusq; humiditatem radicalem multum glutinosam calidam, & subtilem, (quæ verū est auri argentiq; semen) per mercurium solutam, & leuigatam, ita vt nullam amplius vinctuositatam, aut aliquam humiditatem euaporabilem, nec phlegmaticam in se contineat, quæ quidem sentiri possit, cū impossibile sit alioqui calcem omninò à suis viribus, quæ in humido vinctuoso consistunt, euacuare.

Quoru-  
plex oleū  
in arte.  
Solare Ole-  
um.

Oleū Lu-  
nare.

Test. cap.  
52.

Sed attentius omnia perpendendo, triplex inuenimus in arte Oleum. Primum Solare, de quo Geber cap. 10. Lib. de Inuestigat. perfect. *Accipiatur aurū & præparetur (in modis ibidem enarratis) donec totum fuerit in aquam clarissimam resolutum. Hoc est fermentum ad Elixir rubeum pretiosum, & verum corpus spirituale factum.* Secundum est Lunare, de quo Cap. seq. lib. eiusdem. *Aqua Luna dissoluta, est fermentum ad Elixir album, spirituale factum.* De utroq; Raim. Lullius. *Non erit fermentum de hoc vel illo, sed de Sole & Luna tantum, nihil enim petimus, nisi quod lapis conuertatur in suum simile, quia de ipsis est totum temperamentum, nec fermentum est antequam dicta corpora in suam materiam primam conuertantur. Fermentum autem non est,*

esse diuersum ab oleo ostendit Geber, his  
 verbis. *accipe fermentum Luna quod est eius ole-*  
*um. & appone ei duplum arsenici sublimati. & c. Et*  
*alio loco. Fermentum Luna ad album fit, cū Luna*  
*dissoluta fuerit in aqua sua corosina: & si hęc aquam*  
*decoxeris ad tertiam, & in aere posueris per se, aut*  
*in balneo, vel in fumo per aliquot dies, erit oleū Luna,*  
*& ipsum fermentum, quod serua ad album. Quo*  
*loco pulchrum & admirandum artis arca-*  
*num reuelatur, quod omnes Philosophi*  
*maximè celârunt. Nempè corpus Lunæ sim-*  
*pliciter resolutum, nō esse, aut dici Oleum,*  
*quod tantoperè prædicant Philosophi, sed*  
*tantūm tertiam eius partem magis glutino-*  
*sam videlicet & puram, in qua corporis Lu-*  
*naris essentia potissimūm & tinctura confi-*  
*stit. Quod autem dicit aquam Luna decoquen-*  
*dam ad tertiam, non intellige, ita decoquen-*  
*dam prout iusculū aliquod carniū, donec*  
*duæ tertiæ euaporauerint, sed ita aquam Lu-*  
*narem assuefaciendam vaporario, vt duæ*  
*tertiæ aquæ argenti ascendant vna cum spi-*  
*ritu, simulq; vniantur, vna verò reliqua sit*  
*quæ olei nomen & proprietates obtineat.*  
*Oleum Solare quamuis Geber cap. 26 eius*  
*dem lib. dicat eodem modo decoqui & preparari*  
*vt Lunam, digestiones quidem eius seu deco-*  
*ctiones vel præparaciones esse easdem non*  
*nego, sed vt ad tertiam tincturæ suæ partem*  
*redigatur, nō opus est, neq; fieri potest absq;*  
*damno.*

Lib forn.  
cap. 27.

Cap. 26.

Artis se-  
cretum.Verba Ge-  
beri inter-  
pretarur.Solaris o-  
lei præpa-  
ratio.



Præst. test.  
cap. 13.

Aurū to-  
tum tian  
fire in ole-  
um.

Oleū sul-  
phuris.

Test. cap.  
10.

damno & corruptione spiritus, cū aurum multò plūs digestum & decoctum sit à natura, & verisimile sit parum de eo cū spiritu post præparationem ascendere, nisi igne vehementi vrgeatur, quod in artificis commodum non cedit. Imò Raim: Lullius asserit *corpus Solis totum essentiale esse respectu argenti.* Essentiale autem vocat, eò quod aurum non sit nisi mera argenti viui puri, fixi, & incom- bustibilis substantia, æqualiter temperata & proportionata cum suo sulphure interno, qualem desiderāt Philosophi ad Elixiris sui facilem fusionē & tincturam. Quod ipsum confirmat in Arte intellect. dicens. *In compositione auri est maior quantitas argenti viui, & per consequens minor corruptio, quoniam tota sua materia est purè essentialis & incorruptibilis.* Tertium Oleū non est nisi tinctura sulphuris, de qua Geber. *sulphur est Lumen, alumen, & tinctura.* Et Lullius. *illud est argentum viuum, quod aptè & vtiliter nostri sulphuris tincturam accipit, in quo lapis noster solutus est.* Item in Codicil. *Tinctura separatur à suo terreo grosso fœculento per distillationes lentas.* Cū autem dico oleum sulphuris, non intelligo tantū sulphur auri & argenti, quod manifestum est omniū Philosophorum testimonio tincturam in se continere, quodq; etiam efficacius esse fatemur, in compositione elixiris, sed etiam sulphur imperfectorum, quorum humidū radicale

& primigenium in terra potissimum consistit, illi quæ; pertinacius adhæret; quod quamvis paucum sit & exiguum in seipso, olei tamen metallorum perfectorum additione mirum in modum augeri potest, quæ artis periti non tam in sulphur redigere ob fortem illorum compositionem (auri præsertim) curarunt, quam in mercurium, qui sufficiat sulphuribus ignobilium metallorum ad suam naturam & substantiam redigendis. Si tamen sulphur auri haberi possit, non aspernandum erit, cum in illo via sit breuior paulo, absolutior, & perfectior. Sulphuris oleum posset item distribui in tot species quot sunt metalla, sed quia humidum primigenium metallorum, quod quaeritur, non est diuersum, sed idem in suis principijs & qualitatibus, quamuis in vno paulo plus, in alio minus abundet, distinctionem hanc consulto præterimus. Illud tamen admonendum, oleum siue humorem radicalem imperfectorum quamuis exiguus sit valde, & paucissimæ quantitatis, tamen extendi posse & augeri ad libitum iuxta quantitatem calcium præparatarum. Cuius modus hic est. Cape calcem siue terram cuiusque corporis imperfecti præparatam & ablutam, sicut Cap. 6. docebitur, ei superfunde mercurij similiter purgati tantum, vt supernatet digitis duobus aut tribus in vase longi & stricti colli, deinde

Auri sulphur cæteris perfectius.

Oleum corporum imperfectum non diuersum ab oleo perfectum nisi quantitate.

Olei sulphuris præparatio & augmentatio.

deinde subde ignem lentissimum ne mercurius ascendat, quousq; videris oleum instar pelliculæ diuersorum colorū super mercurium eleuari, quod separa, & repone. Hinc iterū clauso vase ignem accende per aliquot dies, donec totum oleum extraxeris, & nihil ampliū videris ascendere. Tunc mercurium tuum separa à calce, & eundem alteri quantitati calcis cuiuslibet corporis purgatæ affunde, & fac vt prius, lentum continuando ignem, quousq; traxeris ab ea etiam viuificatiuū humorem omnem. Istam operationem reiterare poteris quotiescunq; volueris, iuxta quantitatem olei quam desideras, addendo alium mercurium, si diminutus fuerit. Tandem oleum omne collectum in cucurbita pone, & adde mercurij eius quo oleum extraxisti partes sex ad singulas olei, & si quantitas magna fuerit, poteris eam diuidere per plures cucurbitas, simul digere per mensem, tandem mercurium lento igne separa, ne cum eo ascendat oleum. Cū verò nihil ampliū euaporaucrit eo gradu ignis, quod depræhendes superposita vasis ori lamina ærea aut ferrea, scito in fundo residere oleum pretiosum sulphuris, quod duodecim vel quindecim distillationibus subtiliandum erit per se, vt feces terreas, si aliquas fortè continet, deponat, & fluat tenuissimè instar olei communis

excalesfacti. Nec alia de causa Philosophi oleum istud seu humidum vinctuosum primigenium tanto molimine ab aquosis suis partibus siue phlegmaticis, & grossis terrestribus eruere studuerunt, nisi vt perfectissimè subtiliari & mundari à sulphureitatibus superfluis naturaliter sibi agnatis; digeriq; possit ampliùs per artem, quam à natura digestum fuit, & postea terræ purificatæ & à fœcibus liberatæ, dealbatæq; melius & perfectius coniungi, quam postea tingit, consolidat ac fluere facit: cùm humidū vinctuosum in metallis abundans maxima causa sit extensionis illorum sub malleo, & conuenientis liquefactionis.

Quare oleum in arte requisitū.

Sed olei facultates circa finem cap. huius & alijs locis explicabimus; nunc quoniam Geber primo loco inter medicinæ proprietates facilem eius fusionē desiderat, quæ cum Oleaginitate minerali siue Philosophorum oleo perficitur, de ea potissimùm sermonem instituemus.

Olei facultates infra explicantur.

Philosophi multi cùm primam Operis partem, quæ per mundificationem fit & coagulationem, naturaliter per artificium cōplessent, existimantes se medicinam perfectam & omnibus numeris absolutam habere, eam super metalla ignobilia proiecerunt, sed tanquam puluerem inutilem viderunt liquefactis corporibus supernatare,

Quid Philosophos mouerit ad olei inquisitionem.

nec

nec ingredi, quinimò pulverem vna cum imperfectis absorberi & evanescere. Itaq; in stuporem versi medicinæ aliquid deesse iudicârunt; & tandem animaduenterunt radicalem metallorû humorem liquefactionis causam esse præcipuam. Quo circa eundem à metallis magna diligentia segregarunt, & pulveres suos siccos & non fluentes imbibuerunt sæpiùs, & tandem compererunt eos non solum fundi proiectos super corpora imperfecta, sed etiam ingredi cum alteratione. Quam Operis partem quod medicinam desiderent instar ceræ igni admotæ facilimè liquefcentem, vt equidem credo, Cerationem appellarunt. Hæc diffinitur à Gebro, *dura rei non fusibilis mollificatio ad liquefactionem.* Corpus igitur siccum & durum per calcinationem priuatû humore & arefactum, mollificandum & ad fluiditatem reducendum imbibitione olei iterata, donec fluat vt cera super igne, & alia corpora penetret, & ingrediatur, quod hoc loco *apertionem materia* vocat Geber, perfectionemq; inducat argenteam vel auream à fermento auri siue argenti, & decoctione maiori vel minori inductâ. Atq; hoc est quod requirit Magister, dicens *primam & maximè necessariam esse post medicina projectionem ipsius subitam & conuenientem fusionem, quæ cum oleaginitate minerali perficitur.* Ait autem *cum oleaginitate minerali, vt excludat*

omnia

Sum. per.  
fect. Cap.  
de cerati-  
one.  
Ceratio  
quid sit

omnia alia olea, pinguia, resinosa, vinctuosa, quæ vel è vegetalibus, & animalibus, aut ortum ex ijs habentibus, distillatione, expressione, aut alio quouis modo educuntur, aut sponte effluunt, cum omnia illa ab igne recedant, aut velociter comburantur, humidum autem radicale metallorum propter homogencitatem & fortem elementorum unionem non consumatur, sed fixum sit & incobustibile. Vnde Auctor Ros. min.

Oleū fixum esse debere.

Quantumcumq; aliquid cum oleo ceratur, non valet quicquam, nisi oleum prius sit fixum. Sed dicit quispiam. Nonne ipsemet Geber hoc eodem lib. De Inuent. perfect. cap vlt docet com-

Part. I. cap. 12.

ponere olea inceratiua alba pro Elixire albo, & rubea pro opere rubeo? & pro albo quidem sumi oleum albuminum ouorum, & teri cum medietate salis petreæ & armoniaci partibus æquis, vel cum sale alkali, & denuò distillari ac pluries reiterari? aut prædictum oleum ouorum coniungi cum oleo tartari, & simul distillari? Pro Elixire item rubeo nonne præcipit sumi oleum vitellorum ouorum, aut capillorum humanorum, & adiungi tantundem salis arm. & iterum distillari idq; terrepeti? ibidemq; etiam oleum viridis æris & fellis campe? Similiter & Raim. Lul. & alij præscribunt non semel oleum tartari, sanguinis, balsami. & similia multa. Fatemur hæc quidem & alia plura scripta ab iisdem, sed vt decipiant incautos & imprudentes, qui absq; ra-

Obiectio.

Responso.

Cap. de  
ceratione.

Oleū non  
aliud quā  
minerales  
requiri.

Lib. de In-  
uent. per-  
fect.

tione præuia aut causarum exploratione vlla operibus naturæ tam arduis sese immiscerent: neq; enim decebat artem ita tradi, ut tam imprudens quam prudens eā sibi usurparet indignè, cū sic iuxta Rhasim *sapiens insipienti, & doctus indocto æquaretur*, quod iniquum esset. Quinimo Geber in Sum. perfect. expressis verbis errorem hunc reprehendit. *Putauerunt aliqui, inquit, cerationem debere de oleis liquidis & aquis fieri, sed erroneum est illud, & à principijs huius magisterij naturalis semotam penitus, & ex manifestis natura operibus reprobatum*. Et consequenter rationem addit: *quia non videmus naturam in ipsis corporibus metallicis humiditatem citò terminabilem, imò diu durabilem, ad illorum fusionis, & mollificationis necessitatem, posuisse. Si enim talem illis posuisset, relinqueretur necessariò, ut citissimè scilicet ignitione vna corpora totaliter humiditate priuari contingeret: unde sequeretur, post vnā ignitionem corpus quodlibet non malleari, nec fundi posse.* Et cap. vlt. præallegato affirmat similiter, *hæc olea non dant humiditatem radicalem mineralem. quòd si nō præstent, ut non præstare certum est, nullus profectò illorum usus erit. Quod autem addit, ea in æturam saluare à combustionem donec ingredatur, & postea fugere in expressione ignis, ratio planè friuola est, solum adiecta ad fallendos improuidos, & quæ à mediocri etiam ingenio explodi facillè possit. Quomodò enim*

salua-

saluabunt à combustione tincturam, quæ se ipsa præseruare nõ possunt, quo minus igne conflagrēt? Sed, *ad tempus saluabunt.* Id quoq; non minus absurdum: duo enim corpora quamuis cognata simul coire & commisceri nequeunt, nisi remotione tertij, quod commistionem illorum impedit. At olea istiusmodi tam tincturã quam corpus tingendum vinctuositate sua inficiunt, & commisceri prohibent, donec planè recesserint ignis calore: nihilo igitur plus profeceris illis adiunctis, quam non adiunctis, cùm necessum sit ea prius absumi, quàm tingens & tingendum vnum & idem fieri possint. Idem planè iudicium faciendum de alijs quibuscunq; *Olea me.* oleis, è salibus, atramentis, antimonio & *diorũ mi.* reliquis marchantibus, & medijs mineralibus *neral. ope* vi ignis aliquatis, quæ quamuis flammam *ci inutilia* non concipiant, cùm naturam potius aquarum separationis aurũ & argenti obtineant, quàm oleorum proprie dictorum inflammabilium, tamen nec ipsa in igne persistunt, sed euaporatione recedunt; deinde tincturæ per intima commisceri nequeunt, sed tantum superficiem eiusdem humectare, proinde nec ingressum illi in alia corpora metallica conciliare sed potius impedire. Oleũ autem medicinam fusilem reddens oportet vt minimas partes eius non solum ingredia-  
tur, sed etiam ijs per vniõnẽ incorporetur,



Metallo-  
rum  
olea inua-  
lida.

& vt loquitur Geber, *inuisceretur*, & vt vna  
aliam in fluxione non dimittat. Sed fortè  
olea metallorum id præstabunt quod quæri-  
tur, scilicet vt corpus durum non fusibile  
emolliant, & fluere faciant, ac ingredi cum  
alteratione? cognata enim cognatis facile  
iunguntur, nihil autem magis alteri cogna-  
tum, quàm metallum metallo. Proinde ad  
incerationem Elixiris albi, quidam præscri-  
bunt oleum hydrargiri, stanni & argenti,  
siue mercurij, Iouis, & lunæ; ad elixir ve-  
rò rubeum, oleum plumbi, æris, ferri &  
auri, siue, vt Chymistarum vocabulis vtar,  
Saturni, Veneris, Martis, & Solis. Sed pro-  
fectò neq; hæc olea tincturæ non fusibilis ri-  
giditatem & duritiẽ tollent, aut citiùs flue-  
re facient, cùm intima ipsius non penetrent  
magis quàm prædicta, quia à metallorum  
natura planè remota sunt, & mercurialem  
essentiam qua corpora metallica subsistunt  
planè exuerunt, aliamq; prorsus ipsi con-  
trariam assumpserunt: deinde & ipsa, non  
minus quàm supradicta quæcunq;, ignis vi-  
olentia absumuntur, & euanescent.

Quæstio.

Sed insurget fortè quispiam & dicet? Tu  
superiùs oleo philos. aeriam & volatilem  
naturam attribuisti, iubens illud distillatio-  
ne mundari, & eleuari: at si volatile factum  
est per artem, quamuis naturaliter antea fix-  
um fuerit in totum, aut ex parte, certè neq;  
istud

istud ignem tolerare poterit, quin à facie  
 eius fugiat. Respondeo humiditatem hanc **Solutio**  
 radicalem, quam oleum dicimus, aut esse  
 argenti viui Lunaris vel Solaris partem puri-  
 orem, & magis glutinosam, quæ corporum  
 suorum quæ fixa sunt naturam refert, iuxta  
 illud Raimundi Lullij. *Argentum viuum corpo-  
 rum perfectorum est fixum, cum sit calore sulphureo  
 in ventre terra decoctum actione caloris temperata:  
 Argentitas verò fixa in profundo substantia auris &  
 argenti est substantia fixa, & substantia subtilissima  
 & purissima, facillima ac tenuissima liquefactionis ad-  
 modum cera, & est fixa super ignis pugnam. Aut,  
 metallorum imperfectorum radicale humi-  
 dum, subtile, igni imperuim, quod è cal-  
 cibus illorum difficilimè nec nisi magno ar-  
 tificio educi potest propter adhæsiorem eius  
 firmam & tenacem admodum cum reliquis  
 partibus metalla constituentibus: proinde  
 magna quantitas argenti viui ipsi additur, vt  
 volatile superet multis partibus summam fixi,  
 & illud educat, & tanquam sibi simile & co- **Lib. de fi-**  
 gnatum retineat. De quo Senior loquutus **guris.**  
 videtur, cum ait. *Lapis est viuus & immortalis,  
 quem non potest ignis comburere, & propter hoc ex-  
 trahitur tinctura vera, id est, fixa & incombustibi-  
 lis, cuius granum erat prius incombustibile. Com-  
 bustibile, quia videlicet corpori imperfecto  
 immersum, & per totam ipsius substantiam  
 dispersum se contra ignem defendere nequi-*  
 bat,*

bar, sed postea unitum potest: fortior enim est virtus unita quàm dispersa. Istud autem radicale humidum imperfectorum corporum, quod *granum* vocat Senior, est quasi semen quoddam argenti & auri, quod natura ipsa inferuit, vt data occasione in aurum argentumq; excoquerentur per naturã longo tempore, vel per artem breui. De hoc grano & semine doctissimus Auctor Rosarij minoris part. 2. cap. 3. *Corpora submersa in mercurium per conuenientem putrefactionem reuertuntur in argentam viuum, quod prius fuerunt: & grana metallica in propriam terram purgatam proiecta multiplicantur, & mirabiliter crescunt. Et cap 4. ibidem. Sitq; semen seu fermentum mundissimè purgatum, cuius vna pars sufficit ad duodecim lapidis purgati. Et potest istud auri argentiq; semen visibiliter ostendi, & erui è plumbo, in quo aurum vel argentum inuenitur, vt ab expertis accepimus, sicut & ex argento aurum, & ex alijs metallis similiter alterutrum, si artifex non desit. Nec est aliud in substantia quàm aurum & argentum naturale, omnes auri & argenti conditiones & differentias retinens: quocirca non mirum est si magis igni resistat, quàm ipsa corpora, in quibus occultatur. Non tamen in arte requiritur vt aurum & argentum in specie ex imperfectis eruantur corporibus, sed tantùm vt illorum mundatorum calx habeatur, in qua*

Omnibus  
metallis  
granū au-  
ri vel argē-  
ti inesse.

inqua granū hoc siue semen absconditum  
 latet, donec per mercurium solvatur, &  
 educatur, qui purus Solem vel Lunam pu-  
 ram absorbet. Quod ipsum satis apertè indi-  
 cat Raim. Lullius explicans illud auctoris rest. caps  
62.  
 innominati,

*Nam sub eius umbra latet hæc substantia quinta.*  
*Mercurij substantia quinta, inquit, non est nisi pura*  
*& incombustibilis, & non est nisi aurum & argen-*  
*tū, quæ corpora sunt virtute ignis menstrualis (mer-*  
*curiū intellige) liquefacta & suscitata & exiata,*  
*& post depurata, & separata ab eo, & à terra sua*  
*originali labe ac macula. Nam aurum quod est in-*  
*combustibile, remanet fustum & liquefactum, & est*  
*aurificans in dicto mercurio: & mercurius est in re*  
*seminali totus fermentatus propter dulcedinem auri,*  
*quæ nutrit semen, mouet & multiplicat. Præter*  
*fixam autem humiditatem radicalem habet*  
*mus insuper in opere terram figentem, cui*  
*tanquam proprio corpori redditur, corpus*  
*verò illam tanquam propriam naturam am-*  
*plectitur, inspissat, & figit, vt tandē omnem*  
*ignis violentiam pari possit: oleum vicissim*  
*siue humor radicalis corpori suo non fusibi-*  
*li & natua humiditate priuato fusionē tri-*  
*buit & ingressum in metalla liquata, vt ea*  
*ad naturam suam conuertat. Igitur dicimus*  
*oleum Philosophorum volatile quidem fa-*  
*ctum per artem, habere tamen in se naturam*  
*fixi, quod illud figere possit, leui scilicet ad-*

miniculo corporis siue terræ, in quam refunditur: alioqui si corpori alieno permisceatur & sibi heterogenio, non minus figi posse quàm prænominatorum oleorum vltimum, quia alteri corpori per minima non commiscebitur, teste Morieno. *Anima corpus suum citò ingreditur, quam si alieno corpori iungere studueris, in vanum laborabis.* Animam autem nihil aliud quàm Philos. oleum esse, latius infra ostendemus.

**Medicinã  
fusilem  
reddendi  
modi qua  
tuor.**

**Rub. Quo-  
modo me-  
dicinis in-  
gressio per  
artificiũ  
concilie-  
tur.**

**Primus  
per disso-  
lutionem.**

Sed fortè auebit scire quispiam, quomodo fusio hæc facilis tincturæ concilietur, vt scilicet corporibus transmutandis sine difficultate commisceri possit, eaq; subito ingredi, & alterationem inducere. Geber in Sum. perfect. tres modos tradit, quibus id commodissimè assequi possimus: quartum addunt Raim. Lullius, & Arnaldus de Villa noua. Gebri modos prius excutiemus. *Vnus est per solutionem eius quòd ingreditur, & per dissolutionem eius quòd non ingreditur, & per commistionem ambarum solutionum.* Locus videtur prima fronte intellectu difficilis, quid enim illud quòd ingreditur, quid verò illud quòd non ingreditur? Sed facilè seipsum explicabit Geber, si meminerimus medicinam constare partibus fixis & non fixis, quarum si aliæ alias proportione superent, medicina facilius fluet, aut difficilius: fluxio enim & ingressio præstantur medicinæ adiunctione rei

rei non fixæ. Sed quoniam suspicari quis posset solutionem tincturæ non esse viam ad transmutationem alterius corporis in aurum vel argentum, cum solutio tincturam volatilem faciat, tacitæ obiectioni occurrens postea subdit. *Non fiat tamen omnium partium solutio, sed quarundam.* Loqui autem Philosophum de solutione medicinæ, quamvis multa alia more suo inseruerit, satis declarant ipsius proximè præcedentia verba. *solvantur res, quarum intentionis sit ingredi cum alteratione.* Quarum autem partium solutionem requirit Philosophus? facilis coniectura est. Earum nempe quæ minus fixæ tincturæ fixæ non penetranti adhærent. Num igitur tinctura Physica pro parte fixa erit, pro parte non fixa? minimè gentium. Tincturam enim omnimodò fixam quærimus, & figentem, alioqui enim metalla vilia radicibus non mutaret in aurum & argentum, quæ sunt metalla fixa, sed cuius partes artificio Chymico denudò reincrudari & solui possunt, iterumq; à partibus fixis condensari & figi, donec unum inde compositum inseparabile factum sit. Si enim non penetret aut non fluat medicina, indicium est, ipsius partes non esse satis subtiliatas, aut perfectè mistas. Vnde In Codi. Raim. Lul. *Non subtiliat qui non coniungit per minima, nec ille qui desiccatur priusquam imbibat, nequit coniungere per minima.* At, quid cum par-

**Calcinata  
facilius  
solui.**

**Modus  
percipiendi.**

**In Sum.  
perfect.**

tibus fixis agendum sit, has enim innuit Geber, cum dicit *solutionem faciendam eius quod non ingreditur*, satis manifestum erit, si ad alios Sum. perfect. locos & capita praesertim de Calcinat. & Solut. recurramus: videbimus enim partes fixas quas resolui cupimus necessario calcinari debere, cum calcinatio causa sit facillioris solutionis. Sic enim Cap. supra allegato subdit. *Per solutionem completur fusio in rebus non fusilibus, & haec est causa quare quaedam res calcinamus, scilicet, ut melius solvantur, & ob hoc solvantur, ut melius ab eis corpora impressionem suscipiant.* Et Cap. de Calcinat. *Omne calcinati genus facillioris est solutionis, quia partes calcinatae, per ignem subtiliatae, facilius cum aquis commiscantur, & in aquam convertuntur.* Et Cap. de Solut. *Videmus omnia verè calcinata solui per reiterationem calcinationis & solutionis.* Modus igitur huius est, ut Elixir non fusibile solvatur, quantum fieri potest, partes verò ipsius fixae calcinentur, post calcinationem solvantur calore balnei vel fimi. Si verò omnes eius partes nondum solutae sint, reiteretur super eas calcinatio, & solutio donec maior pars resoluta sit: solutiones simul fundantur, ac denuò coagulentur, figanturq; donec Elixir ingrediatur & tingat. Istius interpretationis auctor est ipsemet Geber. Sic enim in Cap. De medicina Lunari tertij ordinis. *Cum fixa fuerit, solue quod ex ea est solubile, quod*

verò

verò non fuerit solubile, ad calcinationem mittas, & ab hinc super idem solutionem reitera, donec iterum quod ex ea solubile est, solvatur omnimodè. Sic igitur ordo iste seruetur, donec maior solvatur quantitas: Post hæc verò solutiones omnes commisce, & coagula: dehinc verò leniter assando, in ignis temperamento conserva, quousq; illi maior, ad illius exigentiam, ignis administrari possit. Atq; hic quidem primus modus est subitæ liquefactionis inducendæ in Elixir, sed quia multi laboris & longi temporis, ideò faciliorem secundum addit Geber dicens. *Aut ingressum datus his quæ sua spissitudine ingredi non permittuntur cum multiplici sublimationis reiteratione spirituum non inflammabilium super illa, arsenici videlicet, & argenti vivi non fixorum.* Et Cap. de Solut. ad hoc ut penetret & transmutet medicina, sine magisterio non peruenitur, quod est, scilicet, ut post solutionem & coagulationem illius, administretur illi aliquis ex spiritibus purificatis non fixis, & toties ab illa sublimetur, quousq; secum maneat, & illi velociorem præstet fusionem, & ipsam in fusione à vitrificatione conservet. Item cap. de Ceratione. Modus cerationis est, ut toties super rem cerandam multipliciter spirituum prædictorum sublimatio, quousq; in illa cum humiditate sua manentes fusionem bonam præstent. At hos spiritus describit ibidem his verbis. In nullis rebus melius & possibilis ac propinquius hæc humiditas ceratiua inuenitur, quàm in his, videlicet, sulphure, & arsenico propinque, propinqui-

Secundus  
Ceratiōis  
modus.



Quæstio.

*us autem & melius in argento viuo. Et subdit rationem, quia horum humiditatem non videmus terram suam relinquere propter fortem vnionem, quam in opere mistionis natura habuerunt. Si quis autem dicat, Concedimus quidem in spiritibus supradictis vnionem terræ cum humiditate fortissimam, humiditas enim sulphuris à terra sua non recedit, donec totum combustum sit, nec eius oleum per distillationem auferri potest, quemadmodum ab alijs rebus oleum habentibus, idemq; accidit in arsenico: argentum viuum etiam multoties sublimatum nullas in fundo fæces relinquit: nam cum tota sua substantia ex igne recedit, aut cum tota substantia permanet, prout omnes asserunt Chymici, & rerum magistra experientia docet: sed quomodo hæc quæ tam facile ab igne recedunt poterunt fusionem facilem tincturæ præstare, cum Geber Cap. de cerat. & Lullius, aliq; Philolophi requirant ad id humiditatem, quæ super omnes sit humiditates expectans ignis calorem? Respondemus. Gebrum non de sulphure vel arsenico vulgari, prout sunt in natura sua, loqui, cum illa dicat corrumpere omnia & denigrare, ideoq; moneat cap. de Sulphure, ut eo non utamur sine magisterio, sine quo nihil præstat eorum quæ querimus, sed de media illorum substantia quæ, ut inquit, per terreitatem non turbatur ab ingessione, quæ per fusionem bonam perficitur,*

Solutio.

Sum per-  
fect. cap.  
38.

*perficitur,*

perficitur, & cuius impressio non remouetur de facili, propter subtilitatem. Sed neq; de argento viuo vulgari, verba eius intelligi, cùm expressè dicat, quòd in fusione corporum spiritus illa dimittunt, nec eis adherent, imò ignis asperitatem refugiunt. Et cap. præcedenti. Spiritus omnes fugam habent, plus argentum viuum, & sal armoniacum, minus verò sulphur, adhuc verò minus compar illius, scilicet, arsenicum. Quale igitur erit illud argentum viuum? per artem videlicet præparatum quale supra docuimus. Hinc Ros. minor cap. 12. part. 1. Cerantur corpora calcinata cum corporibus (perfectis scilicet) resolutis, & hoc imbibendo & sublimando. Seu media Mercurij substantia de cuius proprietate est, vt inquit Geber, non aduri, sed ab adustione defendere, ac etiam figere ac fixum reddere. De qua Lullius. Natura in radice non cessat suum incerare corpus cum humiditate fusibilem, scilicet, sulphuris & argenti viui, quia nullum aliud corpus magis conueniens natura reperit quàm in sulphure. sed bene credas quòd totum procedat ab argento viuo, & ista humiditas non est terminatiua neq; consumptiua, sed potius perfectiua radicalis, multum subtilis, in qua calor naturalis omnium liquabilium conquiescit. Hunc secundum incerationis modum latius persequitur Raim. Lul. in Codicillo, in hac sententiam. Sumatur lapis, videlicet corpus incerandũ, & terendo illum imbibe in suo vase imbibitiue per minima per vices, postea decoque

Sum. perfect. cap. 17.

Sum. perfect. cap. Pract. test. cap. 25.

Modus operandi.

cum

**Tertius  
Ceratiōis  
modus.**

*cum igne leni, donec pars illa fuerit in lapidis substantiam congelata. Postea vigora ignem de carbonibus paulatim, donec sublimetur ex eo quicquid resolutum fuerit, tam de aqua sulphuris sicca, quam de argenti viui humida. Tunc iterum quod sublimatum extitit reduc super feces suas, terendo & imbibendo cum dicto spiritu qui magis in humiditate exuberanter abundat, & hoc iterata imbibitione, rorida decoctione, congelatione, & sublimatione cum ignibus suis successiuis, & diligenter continuatis, donec per continuam sublimationis reiterationem spirituum non inflammabilium super illas, & conuulsu motum, totum figatur deorsum. Tertius fusionis conciliandæ modus à Gebro traditur his verbis. Ad ingressum rebus impermiscibilibus dandum, bona cautela est, vt soluatur corpus, de cuius intentione est per has mutari & alterari, & soluantur res quarum intentionis sit ingredi cum alteratione. Vult igitur Philosophus & tincturam Physicam non permiscibilem solui, & similiter corpus quod alterari cupimus, & ambas solutiones confundi, simulq, coagulari, quod fieri posse ostendimus, quoniam Elixir completum quamuis non fusile naturam fixi in se habet. Ratio huius est euidentis. Quælibet enim res propria natura gaudet, eamq, amplectitur magis quàm alienã, sicut videmus in aqua, quam si alteri aquæ affundas, facile commiscebuntur ambæ. Si igitur & medicina soluatur, & similiter corpus*

pus metallicum transmutandum, vtraq; in Mercurium cōuertentur: cū itaq; vtrimq; sit mercurius, facilè alter alteri commiscebitur. Sed quæret quispiam, num Elixir non fusibile, & corpus metallicum, in Elixir mutabuntur per huiusmodi solutionem, an in aurum, argentumue? Respondemus in Elixir, cū hoc loco non de proiectione agat Geber, sed quomodò medicinæ ingresso per artem concilietur. Sed medicina ita soluta, & denud cum corpore itidem resoluta coagulata, postea ingredi & alterare poterit metalli speciem, cuius spiritus ei admistus fuerit, de quo latiùs infra. Quartus cerationis modus à Lullio & Arnaldo descriptus est iste. *Vt medicina alba siue rubra ponatur in catillo super ignem leuem & stilletur super ipsum olei gutta vna post aliam, donec fundatur prout requiritur.*

Quæstio.

Solutio.

Quartus Cerationis modus.

Sed ad fusionem metallicam non sufficit prædictorum notitia, sed desideratur etiamnum perfecta cognitio administrationis ignis in medicinæ coagulatione, seu reditu in terram post ipsius solutionem. Vnde Geber in Sum. perfect. Non præstat fusionem perfectam, nisi in illius fixatione catela adhibeatur, vs scilicet exercitetur artifex in administratione ignis in modo sua fixationis, quo possit ex illo deleri humiditas intantum, quod sufficit ad fusionem perfectam complendam.

Rubr. de preparat. medicinae adhib. ut differ. propriet. debitas acquirat.

Et est,

Cautela  
in fusione  
concilian-  
da.

Et est, scilicet, vt si querās per hanc corpora fusionis dura mollificare, in principio sue cerationis lentus adhibeatur ignis: ignis enim lentus humiditatis est conseruatiuus, & fusionis perfectiuius. Si verò mollia indurare, componatur ignis vehemens, talis enim ignis humiditatis est consumptiuus. Vide quā diligens sit Philosophus, & quam nihil prætermittat eorum quæ artifici in perfecta medicinæ preparatione cognitu necessaria sunt, quauis pro more Auctorum hanc artem tradentium non omnia ordine & continua orationis serie doceat, sed sparsim & per capitula diuersa, ne omnibus ex æquo pateat. Quare autem requirant Philosophi tam velocem in Elixire fusionem, ratio est, quia non solum modò metalla imperfecta sed etiam hydrargyrum quærunt in aurum argentumq; conuertere: si autem Elixir non fuerit facilimæ liquefactionis, argentum viuum ignis violentiam tolerare non valens, antequā ipsum ingrediatur Elixir & tingat, euaporabit. Sic enim Geber. *argentum viuum cum fugitiuum sit de facili, absq; inflammatione, aliqua medicina eget, quæ subito ante fugam eius in profundo illi adhaereat, & per minima coniungatur, & illud inspisset, & sua fixatione in igne conseruet, quousq; adueniat illi maioris ignis tolerantia, eius humiditatem consumentis, & conuertat illud per hoc artificium in momento in Solificum & Lunificum verum, secundum illud ad quod medicina fuerit preparata.*

Quare ve-  
locissima  
fusio re-  
quiritur  
in Elixire

Sum. per-  
fect. Cap.  
de medici-  
na coagu-  
late m. r.  
curium.

Signum

Signum perfectæ cerationis nobis describunt Philosophi, & præsertim Lullius, & Arnald. si super laminam ignitam se resoluerit velocissimè sicut cera sine fumo. Alius. Quando volueris tentare medicinam, pondus vnus grani tritici super laminam candentem cupri ponas, & si intrans cum paucò calore laminam, se diffuderit per totum intus & extra, est perfectè tingens, & in igne perseverans.

Hactenus diximus quomodò facilitas fusionis medicinæ concilietur, nunc diuersa aliquot olei nomina, & alias quasdam eius facultates explicemus. Quo fine audiamus in primis Raim Lul. in Codicillo loquentem hoc modo. Quanta erit multitudo olei, tanta etiam erit multitudo tincturæ, quia hoc oleum est tinctura, aurum, & anima, & Philosophorum vnguentum, quo totum perficitur magisterium. Idem Nos clamamus meliorem partem totius compositi digestam, & separatam, vnguentum, animam, aurum nostrum, & oleum. Et cap. seq. Nostra secreta benè temperata & humida in qua corpora versa sunt per artem magisterij, sunt vnguenta, olea, fermenta, anima, & soles, qui lucere non cessant super terram nostram & radiare. In eandem sententiam Arnald. de Villanova. Aërem sic ablutum serua seorsum, quoniam est oleum, tinctura, & aurum, anima, & vnguentum Philosophorum, quod colorat & tingit, & figit, & fluere facit. Oleum itaq; Philosophorum, sicut ex supradictis

Olei nomina diuersa & facultates.

De 2. pract. principi.

Test. cap. 46.

Ros. parte, 2. cap. 10.

C

patet,

Oleū qua-  
re tinctura  
appellatur

patet, dicitur tinctura, anima, fermentum, unguentum, aurum & argentum, & alijs pluribus nominibus insignitur. Tinctura nominatur quia colorat & tingit terrā mundatam & puram ab omnibus sordibus tam terrestribus quam phlegmaticis; comparaturq; tincturae tinctorum, quæ in aqua deportatur super pannū, deinde recedit aqua per desiccationem, & remanet tinctura in panno fixa propter oleaginitatem: simili modo hic spiritus in quo deportatur tinctura corporum perfectorum solutorum reduci-  
tur super terram suam albam & purgatam,

Oleū cuius  
anima di-  
catur.

desiccatur ibidem, remanente in illa tinctura quæ dicitur oleum. Vocatur item *anima*, quia sicut per animam animalia & vegetabilia omnia viuunt, crescunt, vegetantur, multiplicanturq; , ita lapis Physicus cū post ortum ipsius anima illi affunditur, fulgore metallico illustratur, condecoratur, nutritur, crescit, augetur, & sui simile producit, artifice ei ministrante, naturamq; adiuuante. Non quòd lapidis anima sit vegetabilis, sicut plantæ, aut vitalis, habens in se vitæ potestatem, quod materia naturæ suæ terrestris & sicca non patitur, sed sicut artifex in suo opificio informans materiam ad libitum Id- ipsum affirmat Raim. Lul *anima est in semine nature sicut magister in suo artificio. Item. Ab anima totus prouenit effectus, quia nulla forma excepta*

Test. cap.  
83. & 49.

*anima*

anima est mouens naturam secundum proprium suum actum: & sine motu res generari non potest. Non tamen intelligas quod sit organicū corpus Physicum, & habeat potestatem vitalem & animale. sed sicut operator est in artificio suo Ab eodē Lullio oleum istud alibi dicitur forma metalli. Appellatur præterea fermentum, quia sicut fermentum totam pastam conuertit ad naturam fermenti, ita & hoc oleum totum lapidem vertit in suam naturam, ipsiq; suam vim & actionem imprimat, tingendi & fluendi. Ad hoc propositum aptissimè Raim. Lullius. Fermenti proprietates est lapidem vertere in naturam fermenti, scilicet, in naturam liquabilem, & fundentem, ratione oleaginitatis subtilis, & olei incombustibilis, & fermentabilis, quod leniter intrat partes dictæ materie quæ in liquore permanente submergitur. Nominatur similiter aurum Philosophorum, non vulgi, quia videlicet non amplius corpus solidum est, vt prius, sed attenuatū & spirituale factum; quod & de argento intelligendum. Sic enim Lul. Laborare te oportet in attenuatione nature, ad formandum corpus Philosophie, quousq; sit aqua clara, quæ vocatur aqua sapientie, nam tota est aurum & argentum, delata in actionem elementarium spirituum, in quibus quiescit & gaudet quinta essentia spiritus, qui totum facit. \* Nuncupatur etiam vnguentum, quia sicut pinguedines omnes & vnguenta emolliunt & lubrica reddunt ea quibus adhiben-

Test cap. 81.

Oleū forma metalli.

Oleū fermentum dicitur.

Test. cap. 38.

Oleum dicitur aurū Philosophorum & argentum.

Test. cap. 47.

\* Oleum dicitur vnguentum.



tur, similiter oleum hoc partes duras lapidis emollit, asperas lenit, & fluere facit. Cuius quidē facultatis potissimum & primo loco meminit Geber, hoc Cap. de med. propriet. cæterum quòd tingat, coloret, & figat, reticet more suo, cùm id ipsum alijs locis significet, sed nomine mutato. Quod enim hic *oleaginitatem* vocat, nomine admodum conueniente actioni scilicet facilem fluxum inducendi. hoc infra *humiditatem radicalem igneam, & tincturam* vocat, & alibi *Sulphur*, quia nimirum agit in materiam instar sulphuris coagulando & figendo. Sic enim Cap. de Sulphure ait. *Per Deum altissimum ipsum illuminat omne corpus, quoniam est lumen, alumen, & tinctura.* Et Cap. eodem. *Cum suo conpari sit tinctura, & dat pondus completum vniuique metallorum, & ipsum à feditate depurat & illustrat.* Vocat *lumen*, respectu animæ, quæ corpus mortuum & tenebrosum illuminat: dicitur namq; corpus tenebrosum, quamdiu anima ei deest. sic enim Morienus. *Omne corpus quamdiu anima caruerit, obscurum & tenebrosum reperitur.* Dicit *alumen*, respectu fixationis, aut medij coniungentis spiritum cum corpore, similitudine desumpta à tinctoribus, qui tincturis suis alumen plerunq; addunt, vt in pannis alijsq; rebus tingēdis colores firmantur, & pertinacius adhæreant. *Tincturam* verò appellat causa coloris rubei, vel albi fixi, quem

Sim. perfect.

Cur Geber oleum sulphur lumen & alumen, ac tincturam vocauerit

quem inducit. Et hoc quidem pulcherrimi exempli loco nobis esse potest, quomodo Philosophi sub diuersis nominibus facultatem & naturam rei doctis aperte describant, & eadem nominum varietate indoctos & imprudentes ab arte arcent. Quod eodem Cap. dicat. *sulphur cum suo compari fieri tincturam*, Compar Sulphuris Geber pluribus locis vocat arsenicum, id ipsum hoc quoque loco potest intelligi, ut videlicet arsenicum sit tinctura albedinis, sulphur verò rubedinis. Quod aperte testatur cap. seq. de arsenico, dicens. *arsenicum est de subtili materia, & simile cum sulphure, idcirco non oportet illud aliter dissimulari quam sulphur, in hoc autem diuersum est à sulphure, quòd sit albedinis tinctura de facili, rubedinis autem difficillime, sulphur verò rubedinis de facili, albedinis autem difficillime.* Potest tamen hoc loco compar sulphuris etiam conuenientissimè vocari mercurius ipsi homogenius, sub cuius specie, vel in cuius ventre absorptum latitat, donec actionem suam in decoctione prodat colore firmo, albo vel rubeo. Quod ipsum insinuans Raim. Lul. ait. *Hoc oleum naturas incerans & coniungens, & indiuidua in medicina inducens, spiritus colorem retinet vsq; ad sui reinspirationem, & tunc induit citrinitatem & formam metallicam.* Et Lilius. *Spiritus est lator virtutum anime, id est, sulphuris, per corpus magnæ siue terre.* Quod autem eamens Gebri esse

Philosophi quomodo sub diuersis rebus nomina artē doceant & sciant.

In Codicillo.

Oleū spiritus liue mercurij figurā & colorem refert.

possit, hinc patet, quia paulò ante dixerat. *Qui ex eo querit opus elicere, illud per se preparando non eliciat, quoniam cum misto perficitur, & sine illo protelatur magisterium vsq; ad desperationem.* Per suum compar igitur intellige spiritum siue mercurium, in quo absconditur, siue sub cuius specie later sulphur siue corpus perfectum solutum, cuius via aëria & ignea lapis digeritur, & figitur, formamq; argenti vel auri induit. Quòd verò addit *sulphur si-erit tincturam, & d. re pondus completum vnicuiq; metallorum, & ea à fœditate depurare & illustrare,* respexit finem decoctionis completæ: tunc enim lapis perfectus sulphur dicitur à Lulio, & Gebro in hunc modum scribente. *Qui sulphur commiscere & amicari corporibus nouerit, inuenit vnum de secretis natura maximum.* Quasi dicat, qui lapidẽ ad hoc perduxeris, vt fluxione ipsius facili mediante cõmisceri & coniungi metallis imperfectis possit, ijsq; firmiter adherere, penetrare & transmutare, is viam perfectionis inuenit. Ab eadem conditione oleaginitatis, ad quam inceratiuè totus lapis perducitur, vocatur etiã sapius gummy. Hinc Comes Bernardus. *Lapis perfectus est gummy & sulphur.* Ex supradictis manifestum est, oleum istud non solum facilem fusionem inducere medicinæ, sed eandẽ etiam tingere. Teste etiam Aschane siue Astano in Turba. *Corpus imperfectum coloratione sua coloratur*

Lapis perfectus vocatur sulphur. Sum. per. fact. ca. 28

Exist. ad Thom. à de Bononia.

De alijs facultatibus nonnullis

ratur fermento mediante, quod fermentum est anima corporis imperfecti. Figere quoque, ratione qualitatis eius siccae & igneae, quamuis in manifesto oleum istud sit humidum in forma spiritus. De quo plura, Deo dante, Cap. 4. Alias quasdam olei facultates complectitur paucis Auctor Scalæ his verbis. *Oleum est tinctura viua, consolidatiua, multiplicatiua, colorificatiua, clarificatiua, purgatiua, perpetuatiua, & confirmatiua.* Et Richardus Philosophus Regis Persarum. *Lapis sit solium currens, penetratiuum, coloratiuum, perpetuatiuum, oleum viuum, perseueratiuum, depuratiuum, color viuus, viuificatiuus, faciens resurgere mortuos.* De tinctura & colore non nihil dictum est, & dicetur diffusius annuente Deo cap. vlt. *Consolidat*, ratione liquabilitatis qua partes lapidis non fluentes, & per calcinationem discontinuatas, & humore priuatas soluit, & currere facit, ita vt humidum siccum suum non derelinquat, nec contra. Idque per cerationem perficitur, cuius modum descripsimus. *Penetrat*, ratione subtilitatis, & similitudinis ac affinitatis, qua facile suum corpus ingreditur, alienum vero respuit. *Multiplicat*, quia ipsum est merus sulphuris cibus & nutrimentum, quod in veram quoque sulphuris substantiam conuertitur. Vnde Lullius. *De sanguinis substantia quae est humidum exuberatum, spiritus generatur in substantia corporis medicinalis,*

Oleū consolidat.

Penetrat.

Multiplicat.

Pract. test. cap. 27.

Oleū cur  
sanguis di-  
catur.

Cap. de  
Creat.

In com-  
mēt. super  
eandem  
tab.

Oleū cla-  
rificat &  
Fugiat.

Oleum vi-  
uificat.

*& de illo nutrimentaliter vigoratur. Vocat autem oleū istud sanguinem, cum ratioe coloris, qui potestate sanguineus est, tū ratione similitudinis. Sicut enim sanguis in animalibus vniuersas partes corporis peruadit, alit, fouetq;, & viuificos spiritus creat, ita etiam oleum siue radicalis humor in lapide. Hinc Auctor Ros. minoris. Aqua corporis, cum corpus redactum est in Mercurium, dicitur sanguis. Et, vt seipsum interpretetur, addit. Et istud oleum non habetur nisi ex metallis fixis. Propter hanc alendi nutriendiq; facultatem Hermes in tab. Smarag. Nutrix eius est terra. Quod non intelligendum de terra, siue sulphure, quod nutritur potius, quàm nutriat, sed de humido radicali cui terreum subtile & purum immistum est, sine quo spiritus lapidis vt inquit B. Thomas Aq. nullo modo detineretur, nec complementum possideret suæ virtutis. Oleum clarificat ratione animæ corpus illuminantis, vt diximus. Purgat & depurat, amouendo impedimentum quo lapis prohibetur sui simile generare, & generandi vim & potentiam procurando. Vel, quia in fine decoctionis completæ lapis cuius maxima pars & præcipua, ac causa totalis perfectionis est humidum radicale, purgat & depurat imperfecta à for-  
dibus, ea transformando in aurum & argentum. Viuificat, quia ab anima, lapidis forma depēdet, & totus eius effectus, qui alio-  
qui*

qui in rerum natura nomen non haberet, nec per se subsisteret, quia separarentur unita. *Perpetuat & confirmat*, quia ipsum incorruptibile cum sit, nec ignem timeat, eandem proprietatem corpori infundit, & quia spiritum cum corpore coniungit, est enim medium quoddam inter illa, naturam utriusque in se retinens, & sine cuius adminiculo facile à se inuicem dilaberentur. Vnde Philosophus in Turba *Vnum conuertit, duo componunt medicinam*. Et Astanus ibidem. *Spiritus mediante anima cum corpore coniungitur, & ligatur, & cum ea simul in colorem fermenti conuertitur, & sit vnum cum eis*. Et Raim. Lullius. *Anima habet viuificare & ligare duo contraria, scilicet, corpus & spiritum, subtiliando & miscendo corpus cum spiritu, & congelando & retinendo corpus in spiritu, & spiritum in corpore fixatione permanente*. Idem. *illud medium defendit elementa à combustionem, & adiuuat & iungit per proprietatem suam naturam corpus cum spiritu, & spiritum cum corpore*. Rosarius. *Anima vinculum est spiritus, sicut corpus vinculum est anima, anima coniungit, copulat, & tingit*. Et vt concludam cum Seniore. *Preparatio rerum à principio vsq; ad finem, est aqua fixa honorata, nam illa manifestat tinduram in proiectione, & ipsa est mediatrix inter contraria, & ipsa eadem est principium, medium & vltimum.*

Perpetuat.

Oleū coniungit naturas contrarias.

In Apertorio.

Test. cap. 55.

Epilogus capituli primi.

Enarratis Olei vtilitatibus & commodis quæ in medicinam inducit, quis cum Philo-

sopheris eius naturam non admiretur, & ex-  
 osculetur, auroq; & argento pretiosiore  
 existimet? cùm aurum & argentum corpo-  
 ra mortua sint, nec quicquam in ijs commo-  
 di, præter communem quem habent in vita  
 hominum vsum, reperiatur, ista verò natu-  
 ra tota aurum & argentum spirituale sit, quæ  
 corpus P'hyficum tingat, figat, & fluere fa-  
 ciat, tincturasq; iungat & vniat, & præterea  
 speciem suam augeat, & in infinitum exten-  
 dat & multiplicet. Si aurum causa fulgoris,  
 soliditatis, & perpetuitatis ergo commenda-  
 tur à Philosophis, hæc natura tanquam ab  
 auro prognata, & auri quasi filia fulgorem  
 eundem in se habet, quamuis oculis non  
 conspicuum, cùm sub mercurij forma lati-  
 tet, vt diximus, donec decoctione & ignis  
 virtute oculis omnium se manifestet, solidi-  
 tate eadem prædita est, quippe quæ corpus  
 calcinatum & discontinuatum consolidet,  
 & ad auri pondus perducatur; durabilitatem  
 & permanentiã in igne non minorẽ, quàm  
 ipsum aurum, assequuta, cùm in igne nata  
 sit, & idcirco ignis quodammodò dicatur  
 filia, gaudens igne, & in eodem perpetua,  
 si in terram reducatur mundatam & dealba-  
 tam, nisi enim fixa esset, & figendi in se po-  
 testatem haberet; non figeret. Cùm igitur  
 easdem cum auro proprietates obtineat, &  
 multò plures, ac tanto auro vulgari præstet,  
 quanto

quanto corpori spiritus, oleum hoc imprimis cuicunq; veræ chemiæ studioso diligentissimè peruestigandum erit, & cum oleis aliarum quarumcunq; rerû ex animalibus, vegetabilibus, medijsue mineralibus desumptarum conferendum, num simile in rerum natura reperiatur. Quod si non inueniatur, prout certum est non inueniri, huic vni adhæreat repudiatis cæteris.

## DE MATERIAE TENUITATE & subtilitate spirituali.

### CAP. II.

*In quo de Solutione Philosophica secretior instituitur disputatio, & modi quibus corpora ac spiritus attenuentur, enumerantur: tenuitatisq; materiae commoda recensentur.*



Xcussa prima Elixiris proprietate quæ ab Oleo seu à radicali humore metallorum dependet, ad secundam transeo, quæ in attenuatione materiæ siue subtilitate spirituali consistit, quam ideò requirit Philosophus, vt non solùm facilè, sed vt insuper tenuissimè fluat medicina ad modum aquæ penetrans in profundum rei alterabilis. Sed antequam attenuandi modos tradamus, sciendum primò erit, quæ attenuanda sint; cognito enim

Quare materiae tenuitas requiritur.

subiecto



Quæ ele-  
menta lap-  
pidi mate-  
riam, quæ  
formam  
suppedi-  
tent.

De Intēt.  
alchy. cap  
2.

In aperto  
sio.

subiecto attenuando, facilius operationum modi innotescunt. Attenuanda autem sunt omnia elementa lapidis, quorum quædam materiam nobis subministrabunt, quædam formam. Materiam suppeditabunt elementa grauiâ magis ac densa, terra scilicet & aqua; formam leuia & rara, aer videlicet & ignis, siue ignis in aere hospitatus, nam ignis per se subsistere non potest, sed opus est vt aliud corpus assumat & subintret, in quo moueatur, & actionē suam exercent. Aqua & terra sunt elementa patientia, aer & ignis agentia. Actus autem actiuorum iuxta Philosophum sunt in patiente benè disposito: quo melius igitur materia fuerit præparata, & magis subtiliata, eo quoq; aptior erit suscipiendæ formæ. Et quo nobilior fuerit materia, eo nobilior erit forma. Et cōtra, quanto materia magis compacta fuerit & terrestris, & à sublimi natura remotior, tanto ad susceptionem formæ erit debilior. Ideoq; Elixiris materiam attenuari oportere nos monēt sedulò Philosophi, & in primis Raim. Lullius. *Nisi res, inquit, ex quibus Elixir componitur ad perfectissimam & maximam subtilitatem reducantur, non potest in eis paulatim augeri nec induci tam altus gradus & exaltatio supra naturam, vt decies, centies, aut millies naturam superent.* Idem. *Materia non benè preparata non potest facere aut creare causam preparationis. Prepara ergò*  
primò

primò tuam materiam, & separa subtile à spisso, & nobile à vili, & quando res preparata fuerint, tunc exhibit causa preparationis. Sed elementa lapidis attenuari, imò ne haberi quidem possunt testimonio omnium Philosophorum, nisi è corporibus dissolutis: igitur corpora primùm subtilianda erunt per dissolutionem, qui primus est operis gradus.

Dissolutio primus operis gradus.

Dissolutio autè hæc nihil aliud est, quàm vt corpora reuertantur in mercurium & sulphur, vnde originem habuerunt. Resolui autem in mercurium aliud corpus non potest, quàm metallicum, mercurio & sulphure constans. At cùm metalla perfecta sint, aut imperfecta, iure dubitari potest, num hæc, illaue assumenda sint pro Elixiris materia ad solutionem hanc peragendam. Et imperfecta quidem facilioris solutionis videntur, perfecta difficilioris, quia hæc densam & compactam adeò habent naturam, vt vix ignis aut ars in ea agere valeat, illa contra: Sed cùm sulphur & argentum viuum contineant impurum & immundum, videmur excusari posse à labore preparationis eorum & depurationis, cùm habeamus corpora à natura munda, & quæ per artem subtiliari & à corporalitate ad spiritualitatem deduci possunt. Et in hoc quidem maximus Philosophorum consensus inuenitur præcipientium Solem & Lunam dissolui, & in primam

Quæ metalla solutioni magis vel minus apta.

## De materiæ tenuitate

Primam materiam redigi. Vnde Versiculi.

*Tu qui gliscis donum Dei,*

*Contemplare huius rei*

*Fontem peramabilem.*

*Lunam, Solem transmutare,*

*Tibi mando voce clara,*

*Lympham instillabilem,*

Sed si corpora perfecta sumenda iudicemus cū illa sint duo numero, ambigemus meritò, num vtrunq; simul capiendum sit, an verò sufficiat alterutrū, videlicet, aurum pro lapide rubeo, argentum verò pro albo.

Ros. part.  
1. cap. 7.

Sum. per.  
fect. cap.  
32.

Posterius innuere videtur Arnald. de Villa noua, cū dicit. *Consulo vt non opereris nisi cum*

*mercurio & Sole, ad Solem, & cum mercurio & Luna, ad Lunam.* Item Geber. *Aurum est pretiosissimum metallorum, & tinctura rubedinis, quia*

*tingit & transformat omne corpus.* Et Cap. seq. *Argentum est albedinis tinctura.* Et rationi consentanea creduntur dicere: si enim duo corpora coniungātur, forma Elixiris cōfunde-

tur, & procreabitur corpus mixtum, neq; omninò aureum neq; argenteum. Apparet

igitur Gebrū & Arnaldū duo diuersa Elixiria constituisse, vnum ad rubeū, alterum

ad album, respiciendo simpliciter verba eorum. Sed cū iidem dicant non semellapidem esse vnicū tantū (sic enim Gebet.

*Inuenimus modernos vnum tantū nobis scribere lapidem, ad album & rubeum completum, quod &*

*verum*

Quomo-  
do philo-  
sophi quā-  
doq; vnū,  
quandoq;  
duos lapi-  
des consti-  
tuunt.

De Inuest.  
perit. cap 3

verum esse concedimus, Et Arnald. Est lapis vnus, Ros. pars 1. cap. 6.  
 vna medicina, cui nihil extranei additur nec diminu-  
 itur, nisi quod superflua remoueantur. Item Raim.  
 Lullius. Vnus est lapis, vna medicina, vna disposi- In Codicil. circa finem 3. pract. principij.  
 tio, vnum opus ad album & rubeum sulphur simul &  
 semel faciendum. Et paulò post. Non igitur oportet te si sulphur album in rubeum conuertere volueris albedinem extrahere, sed solum coquere, donec totum rubeum fiat, atq; fixum, quod erit signum completa decoctionis. Idem planè inculcant omnes Ros. pars 2. cap. 17.  
 alij, & ipsemet Arnald, & addit similitudinem. De mane, inquit, quando video vrinam meam albam & indigestam, statim cognosco me parum dormiuisse: repono itaq; me in lectum, & somno recepto vrina citrinatur, quia citrinatio non est nisi plena digestio) nò immeritò quis hæsitauerit, num duo Lapidés sint, an verò vnicus, tam ad album quam ad rubeum, præsertim cum magna Philosophorum pars vtrūq; corpus perfectum iungi præceperit, & vnum Elixir constituerit. Sic enim apertè & dilucidè In tab. smarag.  
 Hermes. Pater eius est Sol, mater Luna. Et alio loco. Draco non moritur, nisi cum fratre & sorore suis interficiatur, non per vnum, sed per ambos simul, scilicet, per Solem & Lunam. Et Morienus. Quare v. trunq; corpus perfe. iungi præceperint Philosophi.  
 Sine stultos quærere, & quærendo errare, quoniam ad propositum non peruenient, donec Sol & Luna in vnum corpus redigantur. Quare verò vtrūq; corpus in arte iungi præceperint Philosophi, rationes ab Auicenna, Hortulano, & Via phi.  
 Vniuer

**Ratio prima.**

Vniuersali proponuntur ferè tres. Quarum prima est, quòd aurũ quamuis sit magis perfectum, compactũ & fixum, quàm reliqua omnia metalla, tamen post suam dissolutionem fiat totum spirituale & aerium instar mercurij, nullis relictis fæcibus, quia aurum nihil aliud est, quàm mercurius decoctus & inspissatus in ventre terræ actione caloris, separatus à suo sulphure externo. Argentũ verò quamuis calcinatum & dissolutum sæpiùs, tamen est magis fixũ quàm aurum.

**Secunda.**

Secunda ratio est, quòd argentum paucam habeat in se tincturam, sed promptum sit ad auri tincturam recipiendam: & nisi aurum solutum habeat retinaculum tincturæ suæ, nunquam figeretur, proinde neq; corpora imperfecta figere, nec ad auri naturam fixam deducere posset. Tertia ratio traditur,

**Tertia.**

quia cùm vtrumq; corpus per se sit difficilis fusionis & liquefactionis, tamen si coniungantur, facilius fluunt & liquefiunt, quod scientes aurifabri faciunt ex vtroq; simul mixto solidaturã ad aurum. Quorũ exemplum sequuti Philosophi, hæc duo corpora coniungi præceperunt, vt facilius multo medicina flueret, & ingrederetur corpora alteranda. His non obstantibus, vt Philosophorum sententias verbis quidem dissonas, re vera

**Auctoris**

propositũ. autem mirabiliter consentientes conciliemus, eorumq; mentem explicemus, quod

nostri

nostri potissimum officij esse iudicamus, qui nihil plus dictis eorum addere cupimus, nec noua in medium producere curamus, dicimus duo esse Elixiria, & itidem vnum tantum, diuerso tamē respectu. Opus enim Solare vtrumq; album videlicet & rubeum, in se comprehendit, quia aurum solutum & terræ Physicæ mandatum non transit in aurum & Elixir perfectū rubeum, nisi per albedinem, quæ Elixiri Lunari sufficiat: & sic meritò vocatur vnum opus, & vna medicina. Natura enim semper per media operatur, nec aliter ars facit quàm natura. Videmus enim in mineris quarundam regionum, in quibus argentum merum absq; admistione metallorum imperfectorum cupri videlicet, stanni, vel plumbi, generatur, argento sæpissimè admixtū aurum, totumq; tandem argentum tempore longo transire paulatim in aurum, si naturæ operatio non interpelletur effodientium auaritia & cupiditate. Quinimò animaduerti dùm quondam metallorum mineras studiosius peruestigare & adirem, vt loca, & generatiōis eorundem modum, & naturas addiscerem, vnā eandemq; minerā argenti auro, prægnantem quanto profundius cauarerur, tanto magis auri fuisse feracem, & multo plus auri continuisse argentum ex imis cauernis, quàm è medijs aut superioribus, effossum.

Quare philosophi dixerunt vnum esse lapidem.

Auctoris consideratio.

fossum. Non alia equidem ratione, vt autu-  
 mo, quàm quod magis depuratum & pro-  
 lixiori tempore excoctum digestumq; à na-  
 tura fuisset: vapor enim commistionis natu-  
 ralis argenti viui & sulphuris sursùm delatus  
 proxima quæq; loca generationi congrua  
 primùm occupat, deinde illis oppletis ad alia  
 transit, & sic tandem post aliquot secula ad  
 montium altissima fertur, donec tandem in  
 superficie eorundem vel lateribus, aquarum  
 illuue aut alio quocunq; casu prodatur,  
 vel etiam metallicorum exercitatorum &  
 eiusmodi peritorum industria, vel virgula,  
 quam diuinam vocant, depræhendatur. Phi-  
 losophi etiam expressè affirmant nullum esse  
 aurum, quin prius fuerit argentum. Si autem  
 cum Luna sola quis elixir perficere tentet,  
 is ultra albedinem Lunarem progredi non  
 poterit, nec metalla imperfecta conuertere  
 in aurum, sed tantum in argentum. Et sic  
 duæ erunt medicinae, Solaris vna, Lunaris  
 altera. Et ratio satis euidentis est, quia omne  
 simile producit sibi simile: Sic ex homine  
 homo generatur, ex Leone Leo, nec for-  
 mam auri dare quid poterit, nisi formam  
 auri prius habuerit. Solius enim formæ auri  
 proprium est aurum generare, & solius for-  
 mæ argenti argentum generare. Vnde Mo-  
 rienus. *Omnia tinctura à suo simili procedit.* Quæ  
 dixi confirmantur auctoritate Raim. Lullij  
 citati

Quo pã  
 eto duo  
 sint lapir  
 des.

Omnis  
 forma à  
 suo simili  
 procedit.  
 Clang.  
 buc.

citati ab Innominato. Eius verba sunt hæc. Spiritus id est, aqua non coagulatur nisi mediante corpore quod in ea sit dissolutum, cum corpora sint coagulum lactis huius, & tale coagulum debet esse Sol & Luna, in ipso mercurio soluti: sed tamummodo Luna ad album, & Sol ad album & rubeum opus. Non inficias tamen iueim, tam calcem argenti quam aliorum metallorum in aurum transire, & Elixir rubeum fieri, si oleo solari postmodum imbuatur, & ad plenum decoquatur. De Sulphure enim Lunæ id aperte testatur Raim. Lul. inquit, Quando sulphur Luna est circulatum, debes illud imbiberere aqua corporis solaris paulatim, & coquere, donec suum habeat pondus. Et de calce aliorum metallorum ibidem, Fili tu potes facere elixir ex calce cuiuscunque corporis volueris, ad album vel ad rubeum, hoc modo, accipe dictum sulphur ad album vel rubeum, & incera, vel imbibe ex oleo corporis Solis vel Lunæ, iuxta album vel rubeum quod facere vis. Sed calx Lunæ per se, hoc est, mercurio Lunari decocta, & oleo eiusdem incerata, tantum in Lunam seu Elixir lunare digeritur, nec albedinem potest prætergredi, nec ad citrinitatem pertingere. Et quannis possit per naturam, hominibus tamen non est datum tam longum vitæ spatium, ut decoctione sola argenti in aurum, siue sulphuris albi, ut loquuntur Chymistæ, in rubeum mutationem expectare possint. Quocirca si Lunaris me-

De intentione Alchymistarum.



## De materiæ tenuitate

52

Quo pacto  
elixir albū  
possit ad  
auri colo-  
rē pertin-  
gere.  
Sum. per-  
fect. cap.  
84.

dicina in Solarem conuertenda fit, id fiet admistione rei tingentis eam, quæ sit suæ naturæ, quæ alia non potest esse quàm aurum. Quod ipsum intelligit Geber his verbis. *Medicina tertij ordinis duplex est, est tamen in essentia vna, & in agendi modo similiter, & ideo vnica medicina nuncupatur. Est tamen additamentum citrinantis coloris, qui à sulphuris fixi mundissima substantia perficitur, differentia inter hanc & illam, Lunarem scilicet & solarem, quòd hæc quidem illud in se contineat, illa verò non. Hæc itaq; cum ira sint, & elixir album non virtute propria, sed aliena, rubeum fiat, rectissimè Philosophi duo diuersa opera constituerunt, & album à rubeo distinxerunt; nec minus verè respectu operis Solaris, vnã medicinam ad album & rubeum affirmârunt.*

Omnia  
corpora e  
lixiris ma-  
teriam sup-  
peditate  
posse.  
Ros. part.  
1. cap. 7.

Dixi superius posse nos excusari à solutione metallorum imperfectorū, quod non ita intelligi velim, quasi solutio illorū omninò inutilis sit, aut quòd illorum substantia mundata elixir album aut rubeum non ingrediatur, quod esset cōtra Philosophorum sententiam, qui tam mercurium eorundem quam sulphur depurare docent, mercurius autem eorum nisi per solutionem haberi nequit. Imò ex omnibus metallis elixiris materiã peti posse locuplex in primis testis est Arnaldus de Villa noua. *Ex corporibus solis & Lune cum suo sulphure & arsenico preparatis nostra*

*elicitur medicina, & ex corporibus similiter alijs elicipotest ipsa. Deinde Aristot. non quidē Stagyrita ille, sed Avicenna & Rhafi posterior. Noui verissimè quòd quodlibet corporum & spirituum si perfecta preparatione fuerit preparatū, album & rubrum est elixir per se solūm. Et Geber postquam corporum imperfectorum præparatiōnis & depurationis rationem ostendit, tandem subiungit. Meliorationis & subtiliationis horum substantiæ puræ in generali modus hic est. Primò hoc corpus purgatum & reductum est iterum calcinandum cum igne, & adiutorijs mundatiuis prædictis, deinde cum his quæ sunt solutiua, soluendum. Hæc enim aqua lapis noster est, & argentum viuum de argento viuo, & sulphur de sulphure ex corpore spiritali abstractum & subtiliatum; quæ meliorari potest, confortando in ipsa virtutes elementales, cum alijs preparatis, quæ sunt ex genere sui generis, & augmentando colorem, fixationem, pondus, puritatem, & alia omnia quæ pertinet ad elixir perfectum. Quo in loco tria obseruatu digna veniunt, Primum est, corporis imperfecti solutio, deinde post solutionem sulphuris ex eodem extractio, postremò eorundē decoctorum videlicet & congelatorum melioratio, & confortatio cum rebus sui generis, scilicet metallis perfectis in mercurium seu potius oleum redactis, quæ sola colorem, fixationem, pondus, puritatis claritatem imperfectis infundere possunt, cum in ijs præcipuè sit:*

De perfect. mag.

De inuest. perfect. cap. 5.

Sum. per.  
fect. cap.  
69.

De intet.  
Aichym. i.  
sta. cap. de  
modo ol.  
faciendi &  
tinctura.

Imperfe.  
ta corp.  
ra nō om-  
nino tin-  
ctura ca-  
re.

Deinde frustra doceret Geber omnium me-  
tallorū solutionem in mercurium, nisi elix-  
iris materiam præbere possent. Sic enim eius-  
dem libri cap. 6. *Iouis aquam honorare debemus,*  
*ipsa enim est quam quarimus ad album* Eodē mo-  
do de aquis Saturni, martis & veneris disse-  
rit. Nec Geber, Arnaldus & Aristot. soli, sed  
etiam Raim. Lullius pluribus locis idem af-  
firmat, prout capitib. seq. diffusius osten-  
detur. Nec repugnat Gebri auctoritas alio lo-  
co dicentis, *a perfectione corpora diminuta facta*  
*existere, & nihil in eis fulgidum inueniri, cum in eis*  
*secundum naturam non sit.* Quia cum dicit *nihil*  
*in eis fulgidum referri*, respexit tincturā, quam  
non ex illis, sed ex perfectis solis peti debere  
auctor est Lullius, in hunc modū scribens.  
*Fili scias non opus esse ut te molestes in extrahendo*  
*oleum & tincturam, nisi ex duobus corporibus per-*  
*fectis, quia in illis est liquor, qui est oleum, aurum.*  
*tinctura, qua proprie dicitur Lux, & lumen illorum*  
*corporum, ( intelligit autem imperfecta, de*  
*quibus egit cap. præced. ) aut in album aut in*  
*rubeum, ex quo proprie nostrum sulphur fit albū aut*  
*rubeum.* Sed cum dico tincturam è solis nobi-  
libus metallis peti debere, non propterea af-  
firmare velim alia corpora tinctura occulta  
omnino carere, quod dictis Philosophorum  
citatis & in mediū adducendis refragaretur,  
sed quòd faciliiori opera, maiori copia, &  
vberiori fructu tinctura Solis & Lunæ ince-  
retur

## Cap. secundum.

retur corporum imperfectorum sulphur, quàm propria.

Cognita materia dissoluenda non minor quæstio oritur circa dissolutionis modum. Qui in salibus, atramentis, & alumine, aut similibus horum naturam imitantibus operam impendunt, perbellè definitioni solutionis à Gebro traditæ satisfacere videntur, qui dicit *Solutionem nihil aliud esse nisi rei sicca in aquam reductionem*. Et post aliquot lineas addit, *Omne quod soluitur, necesse est salis, aluminum, vel eorum consimilium naturam habere*. Item. Ex operibus nature probare possumus, sola salium & aluminum, & similia naturam seruantia solubilia esse: non enim. in operibus illius omnibus considerantes, inuenimus alia solui, præter illa. Item, qui in gummi arborum & plantarum laborant, Gebri mentè ex parte aliqua assequi videntur, sicut & hi qui ex animalibus & vegetabilibus aut ortum ex ijs habentibus aquas distillatione eliciunt, terram siue fœces in vasis fundo relictas calcinant, calcem deinde aqua propria imbibunt & solunt; maximè cum Geber subiungat omnem solutionis perfectionem adduci cum aquis subtilibus & maximè acutis, & acribus, & ponticis fœcem nullam habentibus. At quis neget in tanta animalium & vegetabiliū diuersitate huius notæ aquas non reperiri? Sed Philosophi non laborant de aquis tangenti adhærentibus, aut diapha-

ss  
In perfe-  
ctis tinctu-  
ra copio-  
sior.

Sum. per-  
fect. cap.  
§ 2.

Errores o-  
peracium.

nis, quæ cum metallis misceri non possunt. Unde legimus in Turba. *insipientes audientes aquam, putant eam esse aquam pluuiæ aut fontis, sed si libros nostros legissent, scirent utiq; eam esse permanentem.* Proinde etiam illos nō minus errare certum est, qui aquas validas seu fortes ut vocant ex sale petrae, calchanto, & sale communi addito etiam armoniaco, aut alijs similibus, distillatione excipiunt, & in ijs corpora metallica corrodunt, non solvunt, ut existimant, solutione naturali & physica, quæ requirit corporis reductionem in argentum viuum. Nec secus peccant, qui ex hydrargyro currente, siue per sublimationem cum salibus mortificato, aquam vi ignis valida exsugunt, eaq; se aurum & argentum in primam materiam reducere posse sperant. Videntur quidē ad solutionis cognitionem proximè accedere quæ per cognata & homogenia fieri debet, mercurius autem & metalla perfecta non differunt, nisi quòd hæc per naturam planè decocta sint, illud autem tantummodò inchoatum, & imperfectum relictum; sed tamen quid faciant, non satis assequuntur, corrumpunt enim naturam mercurij (permaticā & proportionem, quam nullū restaurare potest humanum ingenium, mercurius autem semel corruptus & disproportionatus opus Philosophorū non ingreditur, cūm perdidit naturam metallicam:

Mercurius  
dispropor-  
tionatus  
operi inu-  
tilis.

licam: denique neq; hæc aqua, quam isti mercurialem vocant, magis quàm prædictarum vlla corpus perfectum soluet, aut postmodum dissoluto adhærebit, sed ab igne euaporabit & recedet.

Quæ igitur tandem erit Solutio Philosophica? Circa huius cognitionem multa desudarunt præclarissima ingenia, & tamen eam assequi non potuerunt: est enim totius operis chymici secretissimū arcanum, quod si quis sua industria, vel per doctrinam alterius inuestigatum nouerit, profectò neq; reliqua artis regimina eum latebunt, si libri non desint, & in eos gnauiter incumbere non cesset. Afferunt quidem Philosophi corpora perfecta conuertenda esse in materiam primam, hoc est, in mercurium, quod fieri nō potest nisi per corruptionem, vnus enim corruptio generatio est alterius: sed iidem corruptionem inducendam dicunt per vias naturæ contrarias, at metalla perfecta lento calore excocta sunt in visceribus terræ, ibidemq; humiditas eorum paulatim inspissata & fixa, igitur si in materiam primam deducenda erunt, calcinari & solui ac reincrudari ea oportebit: calcinationem enim & solutionem vocat Raim. Lullius operationes nature contrarias. reincrudatio autem hæc siue potius destinctio corporum nō videbitur via ad constructionem. Atq; vt maximè sit,

D 5 modum

Dissolu-  
tio Philo-  
sopho ū  
secretissi-

ma.

Test. cap.

19.

De Intēt.  
Alchym.

modum non descripserunt Philosophi, quo fieri id possit, aut debeat. Præcipiunt quidem aurū & argentum solui aqua sui generis, siue per mercuriū in mercurium, sed tentauit ego per plures annos, tentarunt & alij nec tamen audio quenquam laborū suorum fructu potitum, nisi immutata operis ratione. Quidam argentū viuū forti & vehementi ignitione sublimarunt ab auro, ita ut eius subtilitas ascenderet, & citrinissimū cum eo crearet colorem, putaueruntq; manum quippiam se consequutos, cū tamen nec ad primum operis Phylisici regimen peruenissent. *Decipiuntur enim, ut ait Raim. Lullius, qui existimant posse coniungi spiritus cum corporibus in eorum crassitie, & diuersitate nature, quoniam id fieri non potest, donec deducantur ad vnā equalitatem formæ.* Qua pulcherrima & aureis literis notanda sententia duas nobis proponit Philosophus rationes, quibus corpora cum spiritibus aptissimè coniungantur. Si enim ad equalitatē formæ sunt deducenda, oportebit spiritum in corpus solare vel lunare prius decoquere, & ita auro & argento coniungere, quod factū difficile videtur: aut corpus auri vel argenti reducere in naturā mercurialem, & argento viuo addere, quod facilius erit: dedit enim nobis Deus media mineralia, quibus id commodè præstari possit. Hinc est quod Geber ait, *perfectionem magisterij*

gisterij consistere in consideratione rerum tam materialium, quam iuuantium. Quæ aut sint iuuantia satis declarat lib. de inuestig. perfect. ca. 4. Res, inquit, preparationem iuuantem sunt ista, scilicet omnia genera salium, aluminum, & atramentorum. &c. Et Raim. Lullius. Sunt in ordine primo quatuor practicalia principia, quorum duo sunt naturalia, & reliqua duo contra naturam. Naturalia sunt sulphur & argenti viuum, & ex his duobus amor metallicus gignitur, per quem fit generatio rei petite. Et paulò post. Contra naturam sunt natura vitrioli, & natura salis communis, ex quibus amor alterius generis oritur, generationis tamen propinqua, & sub ipsis fit corruptio rei petite. Vincent. in Spec. doctrin. Proprietas salis est quod liquefaciat aurum & argentum cum vehementia ignis, & augmentet in ijs colorem, scilicet in auro rubedinem, in argento albedinem, conuertitq; ea à corporalitate ad spiritualitatem, abluatq; à sordibus corpora, & eorum sulphureitatem corrodit. Dicit salem deducere aurum & argentum à corporeitate ad spiritualitatem, quod nihil aliud est, quàm reducere ea in materiã suam primam, siue in mercurium. Quòd addit salem abluere à sordibus corpora, imperfecta intellige, nam perfecta exteriores sordes & sulphureitatẽ nõ habent. Ex quibus colligere licet, quàm parcè paucisq; verbis maximum huius artis arcanum describant Philosophi, absq; cuius cognitione nemo aurum argentumq; in primam

Metalla  
cũ salibus  
id mercurium re-  
ducenda.  
In Codicillo.



mam materiam, seu in mercurium currentem reducere potest.

**Obiectio prima.**

Sed insurget non nemo, & dicet, Philosophi in solutione desiderant unitatem & permanentiam solventis & soluendi, at sales quamvis corpora soluant, tamen cum eis non permanent, sed recedunt facile per ablu-  
 tiones aquae calidae, aut alterius humoris.

**Secunda.**

Item Asserunt philosophi solutionem corporis & coagulationem spiritus fieri eodem momento ac tempore, nec corpus solui, nisi cum spiritus coagulatione, nec spiritum coagulari, nisi cum corporis solutione: at in hac metalli solutione nulla potest esse coagulatio spiritus, cum spiritus nullus corpori iungatur, sed sales, qui corporis spissitudinem tantum resoluunt, deinde separantur ab eodem.

**Responsio ad obiecta**

Respondeo Philosophos quidem vera docere, sed nobis circumspiciendum esse, de qua solutione loquantur: Philosophi enim saepius more Poetarum ὁ δὲ γὰρ ἀρχὴν ἔργου libros suos incipiunt, principium in fine interferentes. Dicimus itaq; cum

**Tres solutiones in opere.**

Raim Lullio, Marsilio Ficino, & alijs huius scientiae peritissimis, tres esse solutiones praecipuas in opere Chymico. Primam crudi corporis metallici, secundam terrae Physicae, & tertiam quae in lapidis nutritione siue augmento consistit. Nec aliud significant Philosophi cum dicunt, *opus nihil aliud esse, quam perfectam*

*perfectam*

perfectam solutionem & congelationem, non quidem unicam, sed sæpiùs repetitam. Quòd autem Philosophorum tantoperè decantata solutio, non sit prima crudi corporis, hinc liquet, quia statim post solutionem corporis præcipiunt elementa separari, & ea purgari, purgataq; denuò coniungi. At dicuntur idem in vera solutione spiritum cum corpore ita uniri ut vnum postea ab altero separari non possit. Quod si verum est, sicut innumeris testimonijs huiusce artis auctorum probari potest, quibus allegandis breuitatis causa supersedeo, quæ elementorum separatio aut purgatio nobis expectanda erit in corpore duro & solido, quod diuidi nõ possit? Affecerunt insuper Philosophi veram corporis & spiritus unionem non fieri, nisi vtraq; priùs perfectissimè mundata fuerint: at si unio nulla fiat corporis cum spiritu, ante perfectam eorundem mundationem, profectò neq; vlla conueniens solutio fieri poterit, cū per solam solutionem, eorundem fiat unio. Si quis mediam affectet viam, & putet in solutione Physica spiritum non in corpus siccum coagulari, sed tantummodò inspissari, aut densiorem reddi, non secus ac si quis lacti aut aque farinae aliquid addens pulmentum inde decoquat neq; planè tenue neq; densum, is audiat Rosarium, & Assoten in Turba. Nisi omnia in puluerem versa fuerint, nondum

Solutio.  
nẽ metalli  
crudi non  
esse toleran-  
tẽ Philo-  
sophorum  
solutio.  
nẽ demon-  
stratur.

In solut.  
physica  
omnia in

**puluerem  
veru.**

*ea contriuisis, propterea coquite & terite, quousq;  
conuertantur & natura puluis fiat. Loquuntur  
autem de solutione Physica. Et Zinon ibi-  
dem. Nisi corpora vertatis in non corpora, & incor-  
porea in corpora, nondum opus inuenistis: sunt aut  
corpora incorporea, cum ethera teritur, quousq; fiat  
puluis, qui non fit, nisi fortissima decoctione, & con-  
tritione continua. At si in vera solutione omnia  
in puluerem vertenda sint; nullus relinqui-  
tur locus elementorum separationi, quæ in  
liquido corpore fieri debet, in sicco fieri  
non potest, cum præsertim per distillationes  
& sublimationes ea peragenda sit, separando  
ignem à terra, & subtile à spisso, iuxta Hermetis  
præscriptum. Igitur cum Philosophi dicunt  
solutionem corporis non fieri absq; coagulatione spi-  
ritus, & contra, intelligemus eos loqui aut de  
secunda solutione in qua aqua sic terræ uni-  
tur, vt vna alteram non facile deserat, aut de  
tertia, in qua elementa volatilia fixantur, &  
in terram rediguntur tingentem, funden-  
tem ac penetrantem: primam verò soluti-  
onem existimabimus simplicem auri vel argen-  
ti, aut alterius metalli in argentum viuum, quod  
argentum viuum corporum iam ad æqualitatem for-  
mæ redactum cum argento viuo vulgari, facilli-  
mè illud amplectetur, illiq; iungetur permi-  
nima, nõ secus ac lac lacti iunctum. Hinc Ge-  
ber. Vnum argentum viuum alteri argento viuo magis  
adheret, & amicabilius est, deinde verò aurum, po-  
sitas*

**Solutio  
physica  
quæ sit.**

**Solutio  
prima  
qualis.**

*ista verò argentum, reliqua verò corpora tantam  
affinitatem siue conformitatem cum illo non habent,  
quia minus de illius natura participant. Et Raim.  
Lullius. Solutio fit in lapide nostro, ut lapidem fa-  
ciat omninò subtilem, & postea melius cum spiritibus  
coniungatur, quia quod subtile & rare est substan-  
tia, cum subtile & rarefacto citius coniungitur, &  
celerius augetur, quàm spissum, durum, & opacum.  
Vides quomodò eximius Doctor Lullius, spiritum non  
coniungendum censet cū corpore duro & solido, sicut  
pleriq; omnes hodiè, & ego quondã maximo errore, sed è  
conuerso, corpus subtiliatum & solutum cum spiritu? Ge-  
ber etiã expressè fatetur, nullum corpus quan-  
tūcunq; cū mercurio cōueniat in natura, illi firmiter  
adhærere, aut ipsum coagulare posse. Sic enim ait. Non  
videmus corporu aliquod in natura sua argentum  
vinum coagulare, sed ab eis ipsum fugere, quan-  
tūcunq; fuerint suæ conuenientie: ideoq; consideramus  
nullu corpus illi in profundo adherere. Quid his Gebri  
verbis apertius, quid dilucidius, quid etiã verius? Nullum  
corpus, inquit, quantūcunq; maximè cū mercurio  
cōueniat, eū coagulat, præcipuè aut cum illo  
conuenit aurum, ut testatur passim: quòd si aurum non  
potens sit mercurium coagulare, profectò neq; mercurius  
satis efficax erit ad aurum soluendum, cum vnum opus  
sit coagulationis & solutionis, nec vlla temporis  
differentia inter hæc duo.*

In Codicilio.

Corpus solutum iungendum esse spiritui & non contra.

Sum perfect. cap. 53.

Nullum corpus mercurium coagulat nisi solutum.

Hoc

Lib. sec. e  
 totum.  
 Soluendi  
 & coagula  
 tiōis vnu  
 opus.

**H**oc enim modo Calid filius Iasichi. *Solutio corporis & coagulatio spiritus sunt duo, sed habent vnā operationem, quia spiritus non coagulatur, nisi cum solutione corporis, & similiter corpus non soluitur, nisi cū coagulatione spiritus. Et paulò post. Scias quòd inter solutionem corporis & coagulationem spiritus, non est differentia temporis, neq; opus diuersum, ita quòd sit vnum sine alio, sed eorum est vnus terminus, & vnum factum, & vna & eadem operatio circuit super illa duo. Idem Cap. 1 non minus dilucidè quàm Raim. Lul. aut Geber corpora prius subtilianda dicit, quàm spiritus cum eis coniungantur. His verbis. Dico quòd in corpore non morabitur spiritus, nec in eo erit, nec cum eo vllatenus remanebit, quousq; ipsum corpus habeat ex subtilitate & attenuatione, vt habet spiritus: & cū ipsum iam attenuatum fuerit & subtiliatum, & exierit à sua densitate & spissitudine ad tenuitatem, & à grossitie & corporeitate ad spiritualitatem, commiscebitur tunc spiritibus subtilibus, & sic euadent vnum & idem, & non separabuntur sicut nec aqua mixta aqua. Ex supradictis satis euidenter liquet, quanto in errore versati sint hactenus, & versentur etiam nūm hodiè, qui aurum argentumq; vel alia metalla cum argento viuo vulgari solui posse sperant, & veram solutionem Philosophorum prætereunt. Vnde nec mirum est, si in principijs labantes debitum finem non assequantur. Sed dicet alius, In lapidē nostrum*

Aurum &  
 argentum  
 per mercuriū  
 solui  
 non posse.

Cap. secundum.

65

nihil extranei ingreditur, nec ei admiscetur quippiam quod non sit de natura sua metallica, quomodo igitur suades ut corporibus sales & atramenta addamus, quæ à metallorum natura aliena sunt? Respondeo, aliud esse, simpliciter aliquid addere ad expurgationem vel attenuationem spirituum vel corporum, aliud ingredi & permisceri per minima in radice cum utriusq; permanentia Ita Philosophi sales quidē addunt spiritibus ut expurgentur, corporibus verò ut solvantur, sed eadem substantia eorundem intimam non ingrediuntur, neq; pondus eorum augent, neq; ullo modo adhærent, sed leuissimo lauacro aut ablutione recedunt, nec quicquam præter naturam metallicam & mercurialem in opere simul iungitur, ex qua sola totum opus compleitur.

Tertia obiectio.

Responso.

Soluuntur itaq; corpora perfecta & imperfecta, sed diuerso respectu: Hæc enim soluuntur ut mercurium habeamus quo cum terra imbibatur, abluatur & sublimetur: illa, ut spiritus firmentur, figantur, ac tingantur, quia spiritus in terra figi non possunt, nisi per aquam corporum perfectorum. Hoc etiam interest inter metalla quod perfecta non egent depuratione aliqua ante solutionem, quia perfecta sunt & munda, sed tantum attenuatione. Hoc ipsum nos docet Geber. *preparare*, inquit, *est superflua*

Solutiois ratio duplex.

Quid inter sit inter solut. corp. perfect. & imperfect.

De Inuest. Perf. et.

¶

demere, cap 2.

Corpora  
perfecta  
ante soluti  
preparati  
one ne  
regne.

demere, & absentia supplere, & sic notari eis im-  
mittere perfectionem: Hac vero preparatione non  
indigent corpora perfecta. Indigent vero prepara-  
tione tali, qua eorum partes magis subtilentur, &  
a corporalitate sua ad spiritualitatem reducantur.  
Imperfecta vero cum contineant terrestrei-  
tatem immundam, fœculentam, & incom-  
bustibilem, nimis grossam, ingressionem  
impedientem, & fusionem, & humidita-  
tem similiter combustibilem, & corrup-  
pentem, & raræ substantiæ & porosæ, ha-  
bentem fusionem sine ignitione debita, vel  
nullam, nec tolerantem extensionem sub  
malleo sufficientem: oportet depurari an-  
te solutionem, & superflua, hæc quæ non  
radicaliter, sed accidentaliter ijs superue-  
nerunt, demere per artificium: Cuius mo-  
dum elegantissimè tradit Geber in hanc  
sententiam. Primò elevanda est cum igne pro-  
portionali tota humiditas superflua & corrupta in  
illorum essentia, etiam superfluitas subtilis & com-  
burens, & hoc calcinando: deinde totalis substan-  
tia remansens corrupta in illorum calce superflua hu-  
miditatis comburentis, & nigredinis, corrodata  
est cum aquis mundis, corrosinis, acuis, seu acer-  
bis, donec calx fuerit alba vel rubea, aut secun-  
dum corporis naturam & proprietatem colorata: &  
munda ac pura ab omni superfluitate seu corruptio-  
ne. Postea vero delenda seu deponenda est, totalis  
terrestreitas immunda & fœculenta, combustibilis,  
&

De inuesti-  
ga. perfe.  
cap. 5.

Imperfe-  
cta quo-  
modo pre-  
paranda  
ante sol.

*& grossa, cum rebus predictis, mundatis, vel puris fusionem metallicam non habentibus (sales intelligit) cum calce predicta depurata commistis & bene tritis, quæ in fusione seu calcis reductione retinebunt secum terrestritatem grossam & immundam, remanente corpore puro ex omni superfluitate corrumpente mundato, & hoc totum descendendo. Descensionis autem modum & causam quoniam apertè & dilucidè præter morem suum tradit Geber, nos ne longiores simus, lectorem eò amandabimus.*

*Sym. per  
f. et. cap.  
49.*

*De elemē-  
tis lap at-  
tenuādis.*

Enarrata attenuatione metallorum quæ per reductionem in primam materiam hoc est mercurium peragitur, & operis principium nobis exhibet, consequens est, ut de elementis lapidis sermonem instituamus, quæ non minus subtiliari præceperunt Philosophi, quàm ipsum corpus metallicum durum & compactum. Modi verò quibus ad hoc perueniatur traduntur sex potissimum. Putrefactio, distillatio, calcinatio, solutio, sublimatio, & ceratio. Horum nonnulli parti lapidis superiori, quidam inferiori subseruiunt, alij vtrique. Sic enim diuisit lapidis partes Hermes inquiens, *Quod est superius, est sicut quod inferius. Superiorem autem voco spiritualem non fixam, leuem & volatilem, spiritum videlicet & animam, quæ mortificatum lapidem viuificat & resurgere facit. Inferiorem dico terram quæ*

*Quot ope-  
rationum  
modi.*

*Lapis in  
superiore  
& inferiore  
re partem  
diuisus.*



Operat.  
superiori  
aut inferiori  
parti  
seruientes

manet fixa, & remotis ac consumptis omnibus superfluitatibus miscetur cum superiore; ex quibus coniunctis & unitis fit opus perfectum. Superiorem partem attenuat distillatio; inferiorem calcinatio, solutio, cetratio; vtramque putrefactio & sublimatio. Posset his addi colatio per filtrum, siue depuratio per lacinias, cum ea quæ depurantur magis quoque subtilientur: item maceratio & infusio, qua virtutes & subtiliores rerum siccarum partes euocantur & liquoribus vini, aquæ, vel olei infunduntur: similiter circulatio, qua perpetua rotatione, seu ascensione & descensione continua, liquores quidam supra modum ita attenuantur, vt calcem quæ nullis distillationibus ab ijs amoueri potuit, deponant, & in fundo relinquant, aeriamque quodammodo naturam assumant. Sed hæc & similia quoniam vegetabilibus & ijs quæ ex animalibus procedunt, magis conueniunt quam metallis, quibus tamen eadem opera per similitudinem non nunquam accommodantur, consuliò præteribimus, præsertim cum ab alijs qui de Quinta rerum essentia extrahenda scripserunt, hæc sine ambagibus tradita sint. Nec tamen in metallicæ metamorphoseos arte omninò repudianda: licet enim de Elixiris perfectione non sint, tamen ad præparationem rerum non parum adiuuant quandoque.

Colationi

Colationi tamen per filtrum non ineptè substitui potest compressio per corium aut pannum duplicem, qua exploramus num argentum viuum corpus aliquod metallicum in se contineat, nec ne. si enim in corio aut panno aliquid remanserit quod traicci non possit, hydrargirum tale operi physico inutile iudicandum erit.

Solutionem itaq; sequitur Putrefactio teste Arnaldo de Villa noua qui id ipsum affirmat his verbis. *Lapidem dissolutum accipe, & pone super calorem temperatum, vt putrescat & digeratur melius, videlicet per mensem Philosophorum. Hermes in Turba. Secundus gradus est putrefacere. Raimund. etiam Lullius in eadem sententiam scribit. Intentio quam debes habere fili, est vt lapidem dissolutum accipias, & illum in secreto fimo collocare non differas, vt stet ibi per 40 dies, quia elementa alterantur, & ad inuicem corrumpuntur. Talis corruptio est argenti viui nostri solennis generatio, qua haberi nequit nisi post putrefactionem. Putredinem autem attenuare minimè ignotum est vel Platonis testimonio, quod Galenus adducit. Nam de ijs quæ sapore sunt acri verba faciens, eadem ista, inquit, interdum à putredine attenuata angustas ingrediuntur vias, acidusq; inde sapor emanat. Putredinem definit Aristot corruptionem propria & naturalis caliditatis in vnoquoq; humido, ab aliena caliditate ambiente. Gale. verò dicit putre-*

De putrefactione. Ros parte 2. cap. 4

Codicil. circa finem primi practi. principij.

Lib. 1. de simpl. medic. facul. cap. 35. Putredinis diffinitio.

Lib. 4. meteo.

Lib. methodi medic.

den cap. 8 *factiōem esse mutationem totius putrescentis cornu-  
ru substantia ad corruptelam à calido externo. Ga-  
leni diffinitio magis vegetabilibus & anima-  
libus quadrare videtur, Aristotelica verò  
Chemistarum operatiōibus, eamq; ampelxo-  
us est Raim. Lullius, dum loco superius ci-  
tato sic dicat. Effectus putrefactiōis est propria  
& naturalis caliditatis ab innaturali caliditate cor-  
ruptio Et paulò post. sic complexionem mutat  
innaturalis calor quæ substantia metalli conuenit in  
complexionem oppositam, quæ tamen facere non va-  
leret, quamdiu staret humiditas calore naturali in-  
formata, & ideò oportet vt prius corrumpat calo-  
rem naturalem sub conseruatione illius. Dicit sub  
illius conseruatione, vt intelligamus calo-  
rem innatum non omninò tolli per externū  
calorem putrefactiōis auctorem, sed tan-  
tū hebescere, & deficere propter humidum  
superfluens, donec eo amoto per distillatio-  
nem, aut exsiccatio per decoctionem, ele-  
menta actiua per calcinationes acutiora &  
ignea magis reddita vires suas denuò exe-  
rant, & demonstrent. Putredinem itaq; ele-  
mentorū diuisionem præcedere necesse est:  
nam si partium diuisionem quærimus quas  
natura iunxit, putrefactio ad eam diuio-  
nem via est. Vt enim mixtio, teste Aristot. est  
vno, ita putredo, dissolutio. Ideò omnia putre-  
fiunt, vt magis digesta melius separentur.  
Vnde Lullius in Cod. in tali materia simplici  
corrupta*

Putrefa-  
ctio elemē-  
torum di-  
uisionem  
Præcedit.

corrupta insunt quatuor elementa composita, separabilia, & resolubilia in aquam mecurij post putrefactionem. Vocat autem materiam simplicem corpus solutum, ad differentiam corporis solidi & duri. Dicit item *elementa composita*, quia veri Chemistæ non quærunt elementa simplicia, ex quibus nulla fieri potest generatio, sed elementa composita, quorum singula reliqua etiam tria annexa & adiuncta habeant, prædominante tamen vno præ reliquis tribus. Ita aquam vocant Philosophi in qua aquæ vincunt qualitates, frigidum videlicet & humidum; aerem in quo superant calidum & frigidum: ignem in quo caliditas & siccitas excellunt: terram in qua siccitas & frigiditas exuperant. Putrefaciendi autem modus est, vt lapis solutus in vitro clauso sub fumo collocetur, calorq; eius ad tempus præfixum conseruetur, siue vrinæ aspersione, aut calcis viuæ substratione, siue fimi adiectione, aut eiusdem octauo quoq; die immutatione. Est & alius modus subtilior, quem innuat Raim. Lullius, vt videlicet totum compositum dissolutum collocetur in fumo prius posito in æneo quodam vase subtus & circum circa perforato, quod intret in aliud vas similiter æneum, in cuius fundo sit aqua distans à fundo vasis perforati digitorum sex aut octo altitudine, vt vapor aquæ excalesactæ sursum eleuatus fumum in superiore vase contentum humectet

Elementa  
mixta  
inqualia.

Putrefactionum  
modi aliquos

Pract. ar.  
tis intellectu.

mectet continuò & calefaciat; habentq; à la-  
tere item canalẽ æneum, qui extra furni fa-  
bricam promineat, epistomioq; suo strictè  
claudatur cū opus erit, per quem aqua cali-  
da denuò infundi possit pro arbitrio artifi-  
cis mensurãtis aquæ diminutiõem, vt tan-  
tū videlicet infundat mane & vesperi quan-  
tum euaporauerit. Superius etiam opercu-  
lū ex ære sit, intrans strictè putrefactionis ob-  
lam, vapores eleuatos cohibēs & remittens,  
quod amoueri & addi possit pro libito.

Element.  
separatio.  
nem fieri  
per distil-  
lationem.  
Distillat.  
diffinitio

Putrefactionẽ consequitur elementorū  
separatio, quæ ideò fit, vt singula separatim  
melius possint mūdari. Hæc verò per distil-  
lationem peragitur. Est aut distillatio parti-  
um cuiusq; rei humidiorū in halitus seu va-  
pores à calore extenuatio, atq; in æthera su-  
blatio, qui frigidis alembici fornicibus, aut  
recipiētis vasis lateribus occurrentes, & inibi  
residentes frigore densantur, coeuntq; in-  
guttas, ac stillatitij facti refluunt, & in humo-  
rem abeunt. Distillationis diffinitio à Ge-  
bro tradita mutila potest videri quibusdam,  
cū inquit *distillationem esse vaporum aqueorum  
in suo vase eleuationem*. Sed Geber non tã distil-  
lationes vulgares respexit quàm Physicam,  
cui hæc diffinitio sufficere putabatur. Causa  
inventionis duplex describitur ab eodem.  
Vna quidem purificatio à siccibus altera, *conserua-  
tio à putrefactione*: experientia enim ostendit  
distillata

Cur inuē-  
ta.

distillata quæq, puriora effici & melius à putrefactione præseruari. Maximè autem indigebant Philosophi aqua purissima & mundissima sine terra, vt si quando imbibenda esset terra siue medicina mundata, aquam haberent quæ fœcè post illius resolutionem non dimitteret, qua medicinæ & spiritus mundati possent infici & corrûpi. Sed obijciat quispiam me superius paulò docuisse ex elementis simplicibus nihil generari, & nûc me requirere aquam purã sine terra, quod fieri vix potest, terra enim alimentum aquæ est, sicut aqua aeris, & aer ignis. Respondeo Philosophos desiderare aquam puram, non quidè absq; omni terra, sed quæ percipi non possit in operatione, quemadmodum Cap. 1. idem dixi intelligi debere de terra omnivinctuositate vacua, quantum ad sensum, sed nō in rei veritate. Triplicem autem statuunt periti artifices distillatiōis modum. Vnum per ascensum, secundum per descensum, tertium per latus siue inclinationem, inter vtrumq; medium. Postrema distillatio cucurbita incurua, quam retortam vocant, vel cucurbita quidem recta sed in latus inclinata, & collū angustius habente, ventremq; prominentiorè, peragitur. Media, cucurbita recta, sed inuersa. In vtraq; verò receptaculū tantum additur vasis ori, in quod immediatè propulsi vapores intrant, ibidemq;

bicio.

Responſio.

Distilla  
tio quatu  
plex.

E s condens

Ignis vari-  
o in di-  
stillando.

Vas distil-  
lat. quale  
fit.

condensantur in liquorem siue aqucum,  
siue oleosum. Prima verò, cucurbita seu  
matula etiam erecta indiget, sed ei alem-  
bicus seu pileus rostratus superponitur,  
in quem primò halitus feruntur, eiusq;  
cameras & parietes irrorant, deinde in hu-  
morem densati per canalem eiusdem &  
rostrum in receptaculum dilabuntur. Di-  
stillationis ratio non modo per vas sed eti-  
am ex ignis administratione plurimum  
variat. Alia enim calore fit balnei, alia ci-  
nerum vel arenæ, alia item nudi ignis  
carbonum, aut flammæ; taceo ignes inter  
hos medios. Per balneum enim subtiliores,  
& sine colore, & ad naturam aqueitatis  
simplicis approximantes partes tantum ele-  
uantur, aqua enim ignitionem non susci-  
pit: per cineres verò colores & grossio-  
res partes terreæ etiam ascendere solent,  
cùm ignitionem recipiant. Per ignem ve-  
rò nudum distillantur quæ contumacius  
liquorem remittunt, vel ob siccitatem &  
paucitatem, vel quòd ob viscositatem &  
homogeneitatem terreis partibus perti-  
naciùs adhereat. His distillationum mo-  
dis vti possunt Chymistæ, ea tamen cauti-  
one, vt per ascensum distillando cucurbi-  
ta non nimis alta sit, os eius amplum, &  
alembicus magnus. Prohibent autem cu-  
curbitæ altitudinem Philosophi, ne aquæ

eius parietibus adhæreant, & ad fæces relabantur, sicq; reiteratione distillationis & laboris magnitudine occupatus detineatur artifex. Os amplum eadem ratione quærunt, vt videlicet facilius vapores sursum in alembicum ferantur, absq; vlla adhæsiōe; alembicum verò magnum & altum, vt aqua distillanda magis purificetur. Nam res nō clarificatur, vt ait Hamech, nisi prolongetur iter suum in sublimatione. Sublimationem autem Arabibus pro distillatione sapissimè sumi, quemadmodum & neotericis quibusdam, notius est, quàm vt exempla in medium adferre necesse sit.

In comment. super quarta Plat.

Sicut per distillationem humida, ita per calcinationem metalla imperfecta & pars lapidis fixa & terrea mundantur & attenuantur. Ea diffinitur à Gebro *rei per ignem puluerisatio per priuationem humiditatis partes consolidantis*. Sed quid intelligis ô Philoſophe per priuationem humiditatis? num corpus ita omni sua humiditate priuari vis, vt non fluat, aut vitrificatoriam tantùm det fusionem? Scribis enim Cap. de Calcinat. & verè quidem. *Omne corpus propria priuatum humiditate nullam nisi vitrificatoriam dare fusionem*, & tamen eodem capite etiam asseris, *corpora per reiterationem calcinationis & reductionis mundari*, sicut & Cap. de descen. & mundat. per pastillos idem docuisti.

De Calcinatione.  
Diffinitio.

Si



Si igitur calces denuò reduci possunt in corpora, quomodò humiditate priuata sunt? Hærerem nisi te ipsum explicares, dicens.

Diffinitio  
ONIS EXPLICITIO.

*Cum corpus solidum sit, & propter soliditatem & latitudinem occultæ sulphureitatis in concavitate substantiæ argenti viui defendatur per illud ab adustione, necesse fuit continuitatem eius separare, ut ignis liberius ad quamcunq; minimam eius partem perveniens sulphureitatem ex eo comburere possit, & non defendat ipsum continuitas argenti viui in illo. Itaq; ad calcinationem perfectâ metallorum, non requiritur, ut omni humiditate priuetur corpus calcinandum, sed tantùm ut continuitas eiusdem diuidatur, & in minimas particulas redigatur. Sicut autem diversitas magna est rerum calcinandarum, ita & causæ calcinationis variæ. Calcinatorum siquidem terra Philosophica, ut omni vinctuositate liberetur, & ut aperta fiat & spongiosa, ut aqua melius possit ingredi, & peragere opus suum, & sicut ait Raim. Lullius, ut possit crescendo dilatari, & in ipsa præfocari, conuolui, mundari, & purificari, atq; in naturam illius converti. Calcinantur etiam corpora metallica imperfecta, calcinantur & perfecta: Calcinantur item spiritus, & aliæ res extraneæ à natura horum, utpotè, sales, atramenta, alumina. De vegetabilibus aut animalibus, eorumq; partibus quæ in cinerem aut in calcem rediguntur hic non agimus, cum ijs in opere*

Calcinationum  
dorum magna  
diversitas.

Test. cap.  
66.

Philosophico non indigeamus. Cur metalla imperfecta calcinentur supra diximus, ut videlicet eorum sulphureitas adustiva ea corrumpens & comburens tollatur, & ut liberentur à terreitate grossa ingressionem impediante & fusionem, deinde ut humiditate superflua combustibili & euaporabili exonerentur. In calcem autem rediguntur aut solo igne, aut expositione eorum super vapores acutos, veluti aceti & consimilium, aut cum adiutorio salium, aluminum, & aliorum corrosiuorum; calcinantur etiã cum sulphure vel auripigmento misto cum laminis vel limaturis eorum. Corpora perfecta calcinatione nõ indigent ut mundentur vel à terra, vel sulphure, aut humiditate superflua corrumpente, quibus carent, cum munda sint & perfecta, sed tantum ut magis attenuentur, & solvantur facilius, quia omne calcinatum facilius soluitur. Itaque horum calcinatio melior est per ignem solum, cum salium adiutorio, aut per mercurij abstractionem per sublimationis reiterationem super illa. Calcinantur etiam sales, alumina, & atramenta, non quòd tincturã aut aliquam perfectionem in illis quæramus, cum ea careant, sed ad præparationem corporum & spirituum. Spiritus calcinari non possunt nisi prius figantur: modus itaque calcinationis eorum est, ut eis ad fixationem approximantibus

Calcina-  
ria.

mantibus ignis successiuè & paulatim augeatur, quousq; maximum eos tolerare contingat. Optima tamen eorū calcinatio erit si rebus sibi propinquis & conuenientibus cōiungantur, & calcinetur simul. sic enim fiet calx præstantissima, cuius effectum nunquam satis admiretur quispiam aut prædicet. Vnde Geber. *Sulphur cum conmixto factus calcinatur.* Quod & de alijs spiritibus similiter intelligendum.

Sum. per  
fect. cap.  
28.

Lib. de  
mercurio  
solo  
Perfectæ  
calcinati-  
ōis signū.  
Vas calci-  
nat.

Signum perfectæ calcinationis est, teste Raini Lullio, quando res calcinata in aqua calefacta soluitur, & soluta post euaporationem aquæ coagulatur, & post coagulationem in igne funditur, & iterum coagulatur. Vas, calcinationis sit rotundum, planum instar paropsidis siue scutellæ, vndiq; contectum & clausum.

De Soluti-  
ōne.

Calcinationi proxima est solutio tam corporis metallici de qua supra egimus, quàm terræ calcinatæ & mundatæ, in qua sicut spiritus terram soluit, ita vicissim à terra coagulatur, atq; ita simul vniuntur, vt postea ab inuicem non separentur, sed per animam colligentur & firmentur, vt ignis omnem vehementiam tolerant. Vnde hæc Philosophorum solutio fit, quando partes terre siccat humore perfunditur & molescunt, ita quòd earū siccitas quæ est durities vertatur in molliciem, vt fluant, & ingressum habeant, nec non virtutem, & formam metallicam

allicam repræsentent Soluuntur aut non  
 solum corpora, sed etiam spiritus, verum  
 post eorum fixationem præcedentem. Eius  
 auctor est Geber cum ait. *Causa inuentionis  
 solutionis fuit; subtiliatio eorum que nec fusionem  
 nec ingressionem habent, de quibus magna utilitas  
 amittebatur spirituum fixorum, & eorum que sua  
 nature sunt.* Quod autem spiritibus fixis con-  
 tingere potest, id etiam intelligendum est  
 corpori & spiritui simul coagulatis & fixis  
 accidere posse. Soluuntur etiam alia quæ-  
 cunq; in calcem aut cinerem redacta, & ad  
 salium naturam accedentia, vt per lacinias  
 depurentur eorum aquæ, & postea denuò  
 coagulentur, si opus sit, & sic spiritibus &  
 corporibus ad eorum mundationem vel sub-  
 tiliationem coniungantur. Hæc posterior  
 solutio fit per fimum aut per balneum, vna  
 intentione, nec diuerso effectu. Differt ta-  
 men in eo quòd quandoq; rei calcinatae hu-  
 mor aliquis addatur ad solutionem eius fa-  
 ciliorem reddendam, quandoq; verò non,  
 prout materia ad fluxum prona fuerit aut  
 tarda. Si quid solutionem primam subter-  
 fugerit, denuò calcinetur, & eius solutio  
 reiteretur, donec omnia fluant in aquam  
 redacta.

Quæ sol-  
 uenda.

Sum. In-  
 u. sig.

ca. 52.

Solutio  
 quomodo  
 fit.

De Subli.

Quintus attenuationis modus est Su-  
 blimatio, quæ definitur à Gebro *rei sicca* **Definitio**  
*per ignem eleuatio, cum adhaerentia sui vasis.*

Et

Et ab Auicenna. *eleuatio partium subtilissimarum à partibus fixis*. Ab utroque rectè, nisi quòd Auicennæ definitio magis generalis, videtur posse etiã distillationi accommodari: Sed is finem sublimatiõis respexit, qui consistit in remotione terræ, à qua liberandi sunt spiritus. Geber verò ipsum sublimandi actũ magis expressit, & quæ sublimãda sint, docuit. In sublimatione enim duo requiruntur, quorum primũ est, vt res sicca eleuetur; secundũ, vt vasis lateribus aut parietibus adhareat, nec in guttas coeat. Vt autem res sicca eleuetur, oportet eã esse aut de natura spirituum, aut quæ naturã corporis & spiritus in se contineat. Spiritus aut dicuntur in hac arte corpora volatilia quæ ignem fugiunt, & euolant in fumũ, & sunt primarij tres, argentũ viuũ videlicet, sulphur, & arsenicum. Secundarij quatuor, sal armoniacum, tutia, magnesia, & marchasita. Et argẽto viuo quidẽ, sulphuri, arsenico, & sali armoniaco res aliquæ fixæ adduntur, quæ illorũ grossitiem terrestrem detineant, ne simul cum sublimãda, mandis ascendat, & immunda vt prius remaneant. Tutia, magnesia, marchasita materiae alterius adiectione non indigent, quia in seipsis fœces habent sufficientes, imò superfluas, cuius signũ est difficultas sublimationis eorũ, quæ absq; ignitione nõ perficitur. Corpora verò metallica in calcem redacta

Quid in sublimat. necessarium.

Spiritus Chymici quorũ, & quales.

Quæ cum facibus sublimãda, quæ non.

si sublimanda sint, necessario indigebunt spiritu ea subleuante videlicet sale armoniaco, quanquam Geber & alij scribant quædam etiam absq; additione spirituum sublimari igne vehementissimo, martem tamen propter fusionis suę tarditatem indigere arsenico, venerem thutia, cum quibus facile eleuatur propter affinitatem & naturæ cõuenientiam. Sed spirituum horum secundariorum breui mentione contenti, ad sulphuris, arsenici, & mercurij (quæ naturæ principia dicuntur in metallorum procreatione) sublimationes transibimus, si primum causam inuentionis sublimationis, utilitatemque eius breuiter perstrinxerimus. Hæc duplex est secundũ Gebrum. Vna, vt *vnc tuositas sulphuris & arsenici de cuius proprietate est facile inflammari, & per inflammationem denigrare, auferatur*: Altera vt à *terrea superfluitate munden- tur tam hæc, quam argentum viuum*. Tota igitur intentio sublimationis non est alia, quam vt remota terreatate spirituum prædictorũ, & abiecta similiter ex ijs subtilissima & fumosa illorum parte, quæ adustionem cum corruptione inducit, relinquatur nobis media illorum substantia, siue pars illa quæ in æqualitate consistit, quæ simplicem fusionem super igne facit, sine adustione aliqua ab igne fugiente. Corpora vero cum spiritibus sublimantur, vt densitas elementorum per ele-

Quare intellē-  
ta sublimas-  
tio.

82 De materiae tenuitate

uationem trāseat in raritatem, videlicet siccitas terræ in humorem aquæ, & frigiditas aquæ in calorem aëris, & humor aëris in siccitatem abeat ignis. Sed cogitabit quispiam, Si per distillationem aqua siue mercurius à terreitate mundatur, & terra per calcinationem à sulphureitate illam defœdante & corrumpente, quid sublimatione opus erit, cum hæc nihil amplius præstet operationibus prædictis: aut si per sublimationem solam vtraq; hæc imperfectio tolli potest, cur distillationem calcinationemq; superaddimus? frustra enim fit per plura, quod æque commode fieri potest per pauciora. Respondeo. Per distillationem quidem purgari aquam quantum possibile est humano ingenio, & terram per calcinationem, non tamen ita mundari, quin in solutione terræ noua denuo corruptio se prodar, & demonstret, tã terreitatis superflue, quã quietatis, & sulphureitatis cuiusdam tenuis & subtilis, quæ omnia per sublimationes ingeniosè reiteratas tolluntur. Iterum dicet alius, Plures philosophi affirmant totum opus physicum peragi per solam sublimationem, proinde calcinationem & distillationem, & si qui alij recensentur operationum modi nihil nisi ad vere artis obscuracionem conferre, & ad veritatem celandam. Fateor id dictum à pluribus, & quidem vere, si sane intelligantur; siquidem

folius

Questio.

Responsio.

Alia obiectio.

Dilutio.

Solius sublimationis voce omnes alios operationum modos à philosophis descriptos compræhédunt, quibus materia philosophica vilis & abiecta, respectu finis, ita depuratur, & tam alte euehitur & promouetur, vt nulla res mudi inferioris, excepta anima rationali, huic comparari possit. Vnde cū admiratione exclamans Hermes, inquit. *Hæc est totius fortitudinis, fbruido foris.* Quasi dicat, nullam potentiam totius mundi, nullas diuitias, nullos thesauros huic lapidi adæquare posse, cum hæc omnia deficiant paulatim, & exhauriantur, lapis vero quo plus subtiliatus fuerit, & eius operatio repetita, tanto virtute & quantitate magis crescit & augetur, si velit artifex. Supradictæ meæ interpretationis luculentissimus auctor est vnus Arnaldus de villa noua, qui in flore florum sic ait. *Notandum sublimare non est superius ascendere vel eleuare: sed sublimare philosophicum est de re vili pretiosam facere, & de re infima & minima altam facere, & magnam & puram.* Cum igitur dicimus corpora sublimata, intellige subtiliata. & in altam, puram, mundam & nobilissimam naturam conuersa. Hæc itaque ratione, cum depuratur & subtiliatur lapis ab initio operis ad finem, totum opus non dicitur nisi sublimatio.

Quantū autem ad sublimationis horum spirituum modos, Mercurij sublimatio duplex est. Vna, quæ fit per sales præparatos

Quomodo totum opus non fit nisi sublimatio.

In tabula lapidis philosophici potentia.

Sublimare quid sit apud Philosophos.

Mercurij sublimatio duplex.



ad scorias ipsius seu immunditiæ exteriorem amouendam, quæ toties reiteranda est, cum resuscitationibus successiuis eiusdem, donec albissimus sit, & liuor omnis illi naturalis recesserit. Et in hac sublimatione parua quantitas mercurij deperit, quia facile ab eo sales separantur per eorum solutionem. Altera mercurij sublimatio perfectior, fit à calcibus metallorum. Hoc enim vult Geber dum ait. *Qui cum calce alicuius corporum sublimauit, bene sublimauit, & perfecte mundare potuit cum facilitate.* Quorum autem corporum calx assumenda sit, satis innuit, cum eodem cap. dicat probationem administrationis fœcum cum proportione sua esse, vt eligatur materia illa cum qua plus conueniunt spiritus sublimandi, & cui permiscetur profundius. Et subdit rationem quare talis materia sublimandis conueniens potissimum eligenda sit, quia videlicet illa cui magis vniuntur sublimanda, potentior est in retentione fœcum sublimandorum, quam cui non vniuntur. Nulla autem corpora metallica mercurio magis conueniunt quam perfecta, aurum videlicet & argentum, idq; cap. 45. expressis verbis subdit, dicens. *Ab istis enim (scilicet salibus, calce ouorum, marmore trito, & similibus) mundatur ab alijs vero rebus habentibus affinitatem cum eo (nisi sint perfectionis corpora) corrumpitur potius, quia sulphureitatem habent omnia talia, quæ ascendens cum eo*

Altera à calce auricæ & argenti.  
Sum. perfect. cap. 41.

*in sublimatione ipsum corrumpit.* Sed num igitur corpora perfecta limata, aut in tenuissimas bracteolas reducta mercurio pro fœcibus addenda erunt? minime, quia nihilo plus mundabitur, quam si fœces nullas haberet. Quod experientia verum depræhendit, qui cum sublimasset mercurium ab auri scobe multoties, illum nihilo mundiozem reperit. Quocirca subtiliter addit Geber. *Ideo à calcibus melior est sublimatio quam à rebus omnibus.* Nec Geber solus à calce auri & argenti mercurium sublimari præcipit, sed etiam Auicenna, Arnaldus, & Raim. Lullius, qui omnes sublimationem mercurij à calcibus duorum luminarium facilem esse & breuioris temporis, artificiꝫ; vtilem asserunt. Sic enim inter alios venerabilis Lullius, in Codicil. cap. De inquisitione causæ quare fiat dissol. secunda. *Si cum calcibus duorum luminarium sublimaueris, vtiliter sublimabis, & mundabis cum facilitate.* Sed hæc quidem de sublimatione argenti viui vulgaris intelligi cupio, nõ de mercurio corporum, qui melius sublimari nõ potest, quam à calce propria, cum nulla ei magis affinis sit quam hæc. Remotio vero aqueitatis mercurij superflue est, vt quando commiscetur calcibus à quibus sublimari debet, teratur & misceatur illis cum imbibitione, quo vsque de illo nihil appareat, & postea igne lentissimo, ita vt per eum

Mercurij  
aquo, sicut  
quomodo  
emouca-  
tur.

mercurij substantia non ascendat, aqueitas imbibitionis remoueatur, qua recedente etiam argenti viui aquietas recedit, residuumque per sublimationis reiterationem remouetur.

Signū perfectæ sublimationis  
Sum. perf.  
cap. 45.

Signum perfectæ sublimationis argenti viui nobis indicat Geber his verbis. *Quod si fusionem bonam dederit, lucidumq; & albiſſimum habuerit colorem, & peruium, tunc sufficienter sublimatiorem administrasti.*

Sulphuris & arsenici sublimatio quæ melior.

Sulphuris & arsenici eadem sublimatio est, sicut eadem quoque est materia, hoc solummodo differens, quod cum arsenico elixir album, cum sulphure rubeum perficitur. Sublimantur autem rectè à sale præparato, vel à vitriolo, aut alumine in calcem rubeam redacto, vel à squamis ferri, vel æris combusti, vt auctor est Geber, vel à calcibus metallorum, quod melius est, donec optime dealbentur, & candorem niuis assumant, siquidem similis est sublimatio horum cum mercurij sublimatione, hinc Geber cap. de arsenico. *Figitur arsenicum sicut sulphur, vtrumq; vero sublimatio à calcibus metallorum melior est.* Sed optime faciunt qui hos spiritus purgatos & subtiliatis coniungunt cum contritione & imbibitione, deinde leni decoctione coagulant, postmodum magna ignis violentia sursum protrudunt: inueniunt enim eos

Sum. perf.  
cap. 41.

Quæ sublimatio melior.

perfectissime tam à terrea fœculentia, quam à tenui & fumosa illorum parte adustionem cum corruptione inducēte, mundatos. Atq; id proculdubio intellexit Geber, cū de Sulphure verba faciens inquit. *Qui querit ex eo opus elicere, illud per se preparando non eliciat, quoniā cum misto perficitur, & sine illo protelatur magisterium vsq; ad desperationem.* Nulli autem rei facilius miscetur sulphur quam argento viuo. Quod sciunt pharmacopœi, qui ex hydrargyro vnguenta aut malagmata componentes, illi aliquid sulphuris plerumq; addunt, simulque terunt, atq; eo modo & hydrargirū ce-  
lant, & vt facilius reliquis simplicibus idem compositum in trantibus iungatur, efficiunt. Id ipsum quoq; docet Geber dicens. *Argentū viuum commiscetur cū sulphure, arsenico & marsita defacili propter communitatem in natura sua.* Idem sublimetionem quoque hanc insinuat Cap. de Sulphure. *Cū mercurio miscetur sulphur, & fit ex eis per decoctionem celestinus color & delectabilis.* Decoctionem intellige, quam sublimatio subsequuta sit, subticente hoc loco id Gebro pro more suo, qui in diuersis capitulis sparsim artē tradit, sed seipsum alio loco declarante, dum cap. de Sublimat. sic scribit. *Ex multiplici contritione & leni assatione aqueitatis argenti viui maior pars deletur, cuius residuum per sublimetionem tollitur. Et cum videris illud albissimū excellens niuem albedine sua, & quasi mortuum*

Sum. perf.  
cap. 53.  
Geber ex-  
plicatus.

aludelis spondilibus adherere, tunc reitera sublimationem eius absq; fœcibus. Quod decoctionē superius appellavit, hic leuem assationem nominat, quod ibi de sublimatione reticuit, hic addit, & si non addidisset. tamen ex ipso effectu sublimationis intelligi posset, dū ait, cum videris ipsum quasi mortuum aludelis spondilibus adherere, quod absq; sublimatione fieri non potest. Nec est quod quisquam imagineatur Gebrum aut ipsius interpretem per cœlestinum colorem intelligere, cœruleum, purpureum vel violaceum, aut cinnabarim factitiam, nam eodem Cap. 28. præmiserat *Sulphur mercurio associari, & per sublimationem fieri vsifur.* Vlsifur autem Arabum nihil aliud est quam Cinnabari artificiale nostrum. Nec auctores chymici fere aliter vsurpant nomen cœlestis siue cœlestini coloris, quam pro eo qui albedine sua omnes totius mundi albedines supergreditur, magisq; cœlestis videtur quam terrestris. Sic Rosarius. *Sublima mercurium donec cœlestium habuerit colorem, hoc est, albiſſimus fiat.* Hunc colorem mirabilem albedinis insinuat Mireris dicens. *Hoc videris, admiratio, timor & terror tibi eueniet.* Quasi dicat. Si hunc colorem albiſſimum præter expectationem tuam videris, admiraberis quasi rem supernaturalem, & timebis simul, ne aliqua subsit elusio, & ab oculis tuis euanescat. Dixi fere, quia aliquando cœlesti-

Cœlestis siue cœlestinus color quid chymistis.

cœlestinus color pro cœruleo siue lazurio capitur. Veluti apud Gebrum cap. de argento hoc modo loquentem. *Positum super fumum acutorum, sicut acetis, salis armoniaci, & agrestis, fit cœlestinus color mirabilis.* De hac coniunctione spirituum sublimandorum aperte quoq; differit Geber alio loco. *Ne sis in preparatione argenti viui, quæ per sublimationem fit, negligens, quia qualis erit mundatio, talis & perfectio sequetur, unde quosdam contingit ferrum, quosdã vero plumbum, & quosdam venerem, & quosdam stannum formare, quod contingit propter purificationis negligentiam, quandoq; illius solius, quandoq; sulphuris sibi admixti, vel eius comparis, scilicet arsenici.* Atque hæc de sublimationis modis sufficientiant.

Sum. perfect. cap. 32.

Cap. 45. Sum. perfect.

Vas sublimationis.

Vasa sint vitrea inferius lata in acutum desinentia instar figuræ quæ à mathematicis Conus appellatur, vel etiam conuexa & testudineata absq; rostro, instar alëbici coëci, quorũ cameris & lateribus sublimati spiritus adhæreant. Scutella inferior sit terrea, quæ superius vas apte intra parietes suos recipiat.

*Probatio vera bonitatis & perfectionis sublimationis horum duorum spirituum est, ut inueniatur clara & lucida, & non aduratur.* Ut docet Geber Sum. perfect. cap. 45.

Signũ perfectæ sub. Sulph. & arsenici.

Inter attenuationum modos etiam Ceratio non infima est, per quam medicina dura & nõ fusibilis aptatur ad liquefactionem, ita vt fluere possit & ingredi, quod non fit nisi

Ceratio attenuat.

per contritionem & imbibitionem. Quæ autem imbibuntur, mollificantur, & quanto plus mollificantur, tanto magis partes grosse & duræ subtiliantur. Sed quia de hoc attenuandi modo, eiusque definitione & inuentionis causis abunde dictum est Cap. primo, ea hic repetenda non putavi, cum insinuasse tantum sufficiat.

Tenuitatis  
comoda 3.  
Primum.

Nunc in vniuersum tenuitatis Medecinae commoda recenseamus, quæ potissimum sunt tria. Primo enim si subtilissima non fuerit medicina non penetrabit in instanti corpora transmutanda; si vero non penetret, nec miscbitur quidem, si non miscetur, non alterabit, nec tinget. Ideo terram omnem & aquositate grossam accuratissime remouendam certis operationum modis docuimus, remanente sola media Mercurij substantia tenuissima & aëria: terre enim & densum penetrare non potest, sed tenue & aëriū penetrat facile & tingit. Hinc Philosophus quidam in Turba. *Corpus non penetrat corpus, sed subtilis substantia congelata, qua corpus penetrat & colorat.* Hanc tenuem lapidis substantiam philosophi non potuerunt melius quam aëri comparare. Sic enim Rosarium. *Si hic lapis non esset aëria natura, non coniungeretur mercuria, nec ei commisceretur, nec ingrederetur ipsum, sed quia similes sunt, commiscentur & coniunguntur, adeo ut ignis non separet inter eos.* Vbi considerandū Auctorem

Rosa.

Medicina  
attenuata  
aëri compa-  
rata.

Rosarij lapidem perfectum conferre cū mercurio, nō quidem decoctione, quæ in Elixire maxima est, minima in argento viuo, aut nulla, sed natura & radice, quia iisdē principijs constant, & quia materia Elixiris ad perfectionem deduci nequit, nisi reducta fuerit in mercurium, & subtilis facta instar argenti viui vulgaris, cui Philosophi non minus aëriam tribuerunt naturam. Sic enim de eo Auicenna, Lullius, & Arnaldus, *Argentū viuū est homogeniū in natura, quoniā aut remanet totū in igne fixum, aut totū ex eo volat in fumū, cum sit in cōbustibile & aërium, quod perfectionis est signum.* Quare sicut argentū viuū sublimari potest, & in aëre propelli, ita etiā necesse est totam Elixiris materiā volatilē reddi, & mercuriū fieri, vt in alembicū siue in aludel ascendere possit. Vnde Aristot. *Nihil lapidi nostro cōuenit, quod viuum non fuerit, & cœlū aëris nō petierit.* Quæ Lapidis aëria natura non mediocrem aliā utilitatem adfert, cū causa sit æqualis & vniformis omnino fusionis, quam aëri adscribit Raim. Lullius. His verbis. *Si lapis de subtili substātia nō esset, nō posset habere fusionē vniformē, neq; dulcificationē cōtinuā, nec vna pars bene cōsequeretur aliā.* Et per hanc proprietatē opus est, vt aër in dicta substātia dominetur, hoc est, q; lapis noster de natura aëria sit generatus, nā alio modo proprietates aëris in eo dominari nō posset, nisi de vera ei⁹ substātia sit generatus. His duab⁹ cōmoditatibus quas præstat in Elixire

Secundum  
subtilitatis  
cōmodū

Test. c. 72.



Tertium.

Ponderis me-  
tallorum  
causa:Sum. perf.  
cap. 70Lib. cod.  
cap. 61.

Cap. 63.

materiæ tenuitas, accedit & tertia non minoris momenti, quod videlicet ea sit causa ponderis. Spissitudo enim ponderis metallorū causa est, quæ sequitur bonam terræ cū aqua mistionem: quanto autem terra & aqua subtiliores fuerint, eo magis & melius permiscentur, coadunantur & densantur, quæ densatio perfecta pondus adfert. Qua ratione aurum & arg. viuum videmus reliquis metallis præponderare, aqua enim eorum non patitur terram poros habere, propter eorum internam & per minima permistionē, quod fecus est in reliquis metallis, in quorum coagulatione propter scoriā à Mercurij natura heterogeniam iisdem metallis permixtam, pori insensibiliter fiunt, vnde superuenit leuitas, quæ nō est aliud, quam absentia materiæ & eiusdem porositas; vt grauitas nō est aliud, quam solida appositio materiæ. Quod ipsum confirmat Geber, dicens. *Causa ponderis magni est subtilitas substantiæ corporum, & uniformitas in essentia: per hanc enim tantum illorū possunt densari partes, vt nihil intercidat, & partium densatio ponderis est adductio, & illius perfectio.* Idem de Auri natura loquens, ait. *Quia aurum subtile & fixas habet partes, ideo potuerunt multum densari, & hac fuit causa magni ponderis.* De argenti vini ponderositate Idem. *Argentum viuum densam habere substantiam manifeste videt vel monoculus per ipsius aspectū, propter grauedinē sui*

ponderis immensi, quoniã præponderat auro, cum in sua natura est. Hęc igitur tã de materiã ex qua Elixir conflatur, quam de Medicinã perfectã attenuatione omnino necessaria, subtilitatisq; cõmodis dicta sint: pergo ad affinitatem Lapidis cum metallis declarandam, de qua in Cap. sequenti.

## DE AFFINITATE SEU VICINITATE

inter Elixir & rem transmutandum.

### C A P. III.

*In quo demonstratur opus Chymicum mere esse naturale, principia artis & naturæ explicantur, aurigã generatio per naturam exempli loco proponitur, & in quibus ars naturam imitari valeat, in quibus vero non, ac quomodo medicina sibi simili adherendo metalla peruadat, docetur. Tandem Sophistarum opera examinantur, & quid ad propinquitorem Elixiris cum metallis vicinitatem desiderent philosophi, exponitur.*

**N**emocritus, & Sapientes Turbæ nihil tam frequenter lectoribus inculcant, quam naturam, hinc illæ propositionis. *Natura natura letatur. Natura naturam continet. Natura naturam vincit ac superat. Item. Natura naturam putrefacit, gignit, & renouat.* Quibus verbis significare voluerunt opus Chymicum mere esse naturale,

Opus alchy-  
micū per na-  
turam solā  
cōpletur mi-  
nisterio ar-  
tificis.

rare, & naturam esse, quæ appetit, retinet, di-  
gerit, expellit, corrumpit, generat, & infor-  
mat tam lapidem ipsum quam metalla per  
commistionem eiusdem, ministrante tantum  
illi artifice, & calorem conuenientē suppe-  
ditate. Quomodo enim natura gaudet natu-  
ra, nisi appetitu & attractione eius quo indi-  
get? quomodo continet, nisi retinēdo quod  
appetit, & illi familiare est? Quomodo natu-  
ra vincit naturā, nisi retentum digerendo, &  
transmutando ab vna dispositione in aliā &  
superflua sibiq; nō conuenientia expellēdo?  
Eodē modo *natura seipsam putrefacit*; nisi enim  
in ea sit causa putrefactionis, quæ ex elemen-  
torū siue qualitātē eorundū distemperantiā  
oritur, frustra conabitur ars rei putrefactio-  
nē inducere; prout patet in cōpositione auri,  
quod propter omniū qualitātū temperiem  
nullo tempore putrefactionē sentit, nisi pri-  
us eiusdem forma per vim naturæ illatā de-  
structa fuerit, cū alioqui in sua compositio-  
ne manens perenne sit & incorruptibile. Po-  
test quidem ars velociorem quandoq; rebus  
putredinem inducere, & aliam fortassis quā  
natura nisi præoccupetur, corruptio tamen  
rei ex sua natura proueniat necesse est, ad quā  
tandem omnia sub Lunæ globo existentia  
sponte deuoluuntur. Eadem ratione *Natura  
seipsam gignit*, nisi enim in re sit gignēdi pro-  
creandiq; potentia, nequicquam laboratar-

tifex,

tifex, vt eam inducat. Sic non tantum gallinæ incubatu, sed etiam arte ex ouis educuntur pulli, nec miratur quispiam, sciunt quippe omnes natura id fieri, quam Deus ouis indidit, vt calore conuenienti fota producāt speciem auis eius cuius fuerint oua: nec refert vtrum calor ille naturalis sit gallinæ, aut alterius auis, vel etiam hominis industria excitatus. Illud magis admirandum, posse artificio humano anguillas, aut alia animalcula produci per putredinē animalis cuiuspiam, vel herbarum aliquot simul commistarum, vel etiam vnus folius conuenienter & debito modo administratæ. Ars tamen dici non potest istiusmodi animantia produxisse, sed natura, quæ nisi ijs rebus arte dispositis insita fuisset, nunquam inde prodiisset animal viuum. Quod hinc maxime liquet, quia non ex quibusuis animalibus aut herbis putrefactis & eodem modo dispositis, quæuis, sed ex certis quibusdam certa & determinata producuntur. Similiter *Natura seipsam renouat*. Lapis enim noster, non secus atque phœnix alter veterum figmentis nobis cognitus, per naturam seipsum mortificat, & seipsum resuscitat. Nam, vt ait Haly, sicut moritur spiritibus ablati, ita ad eum redeuntibus iisdem spiritibus viuificatur, sicq; renouatur per suam ipsius naturam, neq; opus est vt aliunde aliquid mutetur.

Anguillas & alia animalcula per putredinem ab artifice procuratam gigni naturaliter.

Lapis seipsum occidit & viuificat.

Simili modo dixerunt Philosophi. *Naturam non emendari nisi in sua natura.* Quod tam de emendatione rerum elixir constituentium, quam metallorum per lapidem conuertendorum potest intelligi. Si elixiris materiam primam consideremus, quamuis in se naturaliter tincturam suam contineat, tamē hęc tinctura non sufficit alijs metallis transmutandis, quia natura operatur simpliciter ad sui perfectionem tantummodo, nec gradū illum transcendere potest: ideo emēdari desiderat, artificis quidē industria & labore, sed tamen per propriam naturam, hoc est, vt tinctura naturalis ipsi insita subtilietur, virtusque eius augeatur, quod fieri non potest, nisi spiritalis primum reddita sit, & è corpore compacto duro & solido exempta: omnia enim spiritu quodam se multiplicare, & simile sibi producere videmus. Et sic, quamuis artifex adiuuet naturam, & quodāmodo corrigat, tamen absq; natura quæ ad perfectionem adipiscēdam prona & inclinata est, nihil proficit, necesse est enim naturam in arte occulte & intrinsecus laborare, artificē extrinsecus solummodo ministrante. Ideo artifex adiutor tantummodo est naturæ, & minister, eam subtiliando, & calorem internum in materia sopitum & languentem calore ignis externi mouendo & excitando, qui calor internus deinde actione naturali totū

Omnia spiritu insito multiplicātur.

Natura intrinsecus, ars extrinsecus laborat. Artifex naturæ minister.

opus perficit sine adiectione rei extraneæ. Quamuis igitur ars emendet naturã & quandoq; eam transcendat & superet, tamen novam naturam non producit, sed tantum nature virtutem subtiliat, & subtilem naturam in re inclusam detegit & manifestat. Sic ars è cinere filicis aut alterius plantæ vitrum educit. cuius substantia si in cineribus per naturã occultata non fuisset, frustra inde artifex vitrum elicere moliretur; nullis enim è rebus prolici aliquid potest, quod in ipsis non sit per naturam. Quare apte & apposite ad rem Senior. *Non est natus, neq; nascetur in posterum, qui hanc scientiam possit complere sine natura, natura cœlitus indita rebus, & infusa.* Et Arnaldus. *Manifestum est operationem medicinæ esse operationem naturæ, ipsamq; medicinam esse eandem naturã, eo quod ipsa medicina solummodo composita sit ex natura.* Si metallorum vilium per Elixir emendationem per hæc dicta, *naturam nõ emendari nisi in sua natura* intelligamus, duplicem enim interpretationem innuimus supra, illa quoque nõ nisi per naturam fit, prout ex infra dicendis patebit. Nunc Naturæ definitionem perpendamus, quam prætermisissimè ambagibus & longis disputationibus, dicimus cum Marsilio ficino *esse vim quandam rebus insitam ex similibus similia procreantē.* Item, *Naturam esse ignem invisibilem, seu ignem quendam vigorem rebus creatis insitum, quo cunctæ res se multiplicant,*

In lib. de figuris.

In principio Ros.

Naturæ definitio ex  
Aar. ficino.

98 De affin. medle. & metall.

*cum absque calore nihil generari possit. Hic ignis inuisibilis, siue hæc potentia procreandi sibi simile in rei cuiusq; forma consistit, per formam namque rei natura perpetuatur, eiusque vis summa in procreando simili maxime cernitur. Forma autem lapidis est anima metallica, quæ calore suo materiam eiusdem digerit, et siccitate tingit, ac formam auri ac argenti ei imprimat. Sed cum omnis forma debeat eiusdem esse generis cum sua materia & potentialiter in materia sua, (nam sola anima humana introducit ab extrinseco materiæ suæ) necessario hæc anima dans formam Elixiri erit eadem cum materia lapidis. Similiter Elixir perfectum cum se habeat secundum Philosophos chymicos tanquam forma ad materiam, & sicut anima ad corpus, oportet ut eiusdem plane sit generis et materiæ, cuius sunt corpora metallica. Sed omnia metalla constant argento viuo & sulphure, attestatibus omnibus philosophis, ergo & Elixir necessario iisdem principiis constabit. Quæ autem eadem habet principia & eundem mixtionis modum, in radice maxime conueniunt, & maxime vicina sunt: & hæc est ea affinitas siue vicinitas inter Elixir & rem transmutandam, adherens & retinens sibi simile, quam tertio loco inter medicinæ proprietates requirit Geber. Ad quam magis explicandam de metallorum vnica materia, & forma, ge-*

Omnis forma educitur ex materia sua.

Vicinitas Elix. & metallorum qualis.

peratione, & transmutatione ad inuicem secundum naturam, & quomodo ars eandem imitetur, venerabilis Raim. Lullij in primis; & M. Petri Boni Ferrariensis qui Philosophorum antiquorum opiniones diligentissime collegit, sententiam auctoritatemque sequuti, pauca agemus: deinde quomodo Elixir conformitate sua & similitudine metalla ingrediatur, isque adhaereat, docebimus.

Imprimis omnium metallorum materiam vnā & eandem esse manifeste demonstrat eorundem liquefactio: siquidem omne metallum ex quo liquatum est, ostendit naturā & accidentia argenti viui, vnde Philosophus 40 meteor. *Plumbum cum liquatur proculdubio est argentū viuum.* Item coagulatio, & ductibilitas, & quod de facili simul commisceantur, omnis enim mixtio fit ratione similitudinis & identitatis. Sic aqua aquæ, oleum oleo, vitrum vitro, metallū cum metallo facile commiscetur, iungitur, & adhaeret, propter conuenientiam videlicet naturæ. Demum, quod omnia metalla reduci possint in argentum viuum, vnde ortum habuerunt, prout constat varijs experimentis doctorum virorum, & cōfessione etiam aduersariorum, qui artis chymicæ veritatem conuellere nituntur. inter quos est Thomas Erastus Medicinæ doctor. Ea autē metallorū

Metallorum omnium materiam vnā esse eandem esse probatur quinque rationibus.



Metal. mate-  
ria omnium  
prima.

Propin-  
quior.

Propinquif-  
sima.

materia omnium prima sicut diximus Cap. 1. est humidum viscosum, incōbustibile, subtile, incorporatum terreo subtili, æqualiter & fortiter cōmixto per minima in mineris. Propinquior vero eorundē materia, vt docent Philosophi, est argētum viuum ex illorum forti commistione generatū. Sed cū materia nō producat seipsam in esse, ideo sagax & sapientissima natura adiunxit illi agens proprium, vt ipsum digerēdo & decoquendo in metalli formam conuertat. Est igitur materia propinquissima & proxima metallorum, non argentum viuum in natura sua, sed vt est ab agente proprio, scilicet sulphure liquabili coagulatum, & cum ipso sulphure commixtum, & in terræ quādam speciem conuersum; è quibus duobus sic mixtis oritur vapor per calorem temperatissimum ascendens, & super terram propriam reuerberans, quousque per temperatam decoctionem in lōgo tempore fiat ibidem fixio quādam metallica, & iuxta naturam loci corpora diuersa. Et quia metalla conueniunt in materia proxima, & agente, & mixtionis modo, ideo inter cœtera mixta generationem habent circularem ad inuicem vt auctores sunt Hermes, Rhafis, & alij philosophi. In habentibus autem simbolum in materia, & virtibus, & potentijs naturalibus, facilis est transmutatio ad inuicem, non tantum per  
artem,

Metallorū  
generatio  
circularis  
ab inuicem,  
vnde cogno-  
scatur.

artem, sed etiam per naturam. Signum autem transmutationis eorum à natura in aurum & argentum, est mixtio eorum in vna minera, & successiva mutatio. Siquidem in multis mineris argenti & æris aurum inuenitur, sicut etiam in mineris plumbi, æris, & stanni, argentum. Hæc imperfecta tempore decoquuntur, & in aurum vel argentum secundum generationis locum transmutantur. Vna siquidem metallorum forma vltima, & perfecta, est aurum, quam natura sola dat in mineris, nisi per accidens impedita fuerit, & ars extramineras. Si enim reliqua metalla essent perfecta & completa in natura illa in qua sunt, tunc proculdubio non essent conuertibilia ad aliam, nisi prius in materiam primam, hoc est, argentum viuum & sulphur reducerentur. Sed natura duplicem modum assumit in generatione auri, vnum per se, & primo, scilicet, quia generat aurum purum in mineris proprijs & ex suis principijs, absque admistione aliorum metallorum: alterum per se quidem, sed non primario, quia primo generat aliquod metallorum imperfectorum ex iisdem principijs in sua minera, & conuertit vltimo ipsum in aurum. Si igitur artis intentio sit sequi naturam omnino, & in quantum fieri potest, vt faciat idem aurum quod ipsa, cum omnis generatio fiat ex convenientibus & proximis, quæ & qualis erit ma-

Vna sola metallorū forma perfecta in auro.

Duplex modus generationis auri per naturam.

Materia vna naturæ & artis.

teria apud naturam, eadem erit necessario & apud artem. Cum autem materia sit vna & determinata omnino apud naturam & non multiplex, ergo necessario illa determinata materia, & eadem, erit similiter & apud artem, & non multiplex.

Hæc autem materia quæ naturæ subijcitur vt diximus, est argentum viuum, secundum omnes Philosophos tam naturales quam chymistas, ergo & apud artem alchymix materia erit similiter argentum viuum. Et quia materia non producit seipsam in esse ad generationem & formam, sed ab agente proprio dirigitur & informatur, oportet necessario, vt illud argentum viuū quod est materia dirigatur, digeratur, & informetur à suo agente proprio ad terminū intentum naturæ, qui est generatio metallorum & auri. Hoc autē agens est sulphur sibi in mineris proprijs coniunctum, potestatem habens illud argentum viuum coagulandi & digerendi per calorem naturalem mineralem, secundum omnes Philosophos naturales, ita vt in fine digestionis necessario aliquod metallorum inde generetur, & ultimo aurum. videtur ergo necessarium quod illud idem agens, in arte coniunctum esse debeat argento viuo, vt illud dirigat, digerat & informet, ita vt in fine digestionis &

Idem agens  
naturæ &  
artis.

Quomodo  
ars naturam  
sequatur.

& complemento generet idem aurum omnino ex eo sicut facit natura. Idem ergo argentum viuum & idem sulphur omnino quod subijcitur operationi naturæ, subijcietur etiam arti, & non aliud: ex quibus simul commistis in arte orietur similiter vapor, qui postea vertitur in aquam subtilissimam, quæ dicitur anima, spiritus, & tinctura, quæ cum reducta fuerit in terram propriam, facit ibidem quandam fixationem, & tandem fit Elixir completum.

Et in his quidem imitatur ars naturam, sicut & in secundo modo generationis auri paulo superius expresso, quam tamen in omnibus sequi non valet. Ideo Geber. *Charissime fili secretum tibi pandimus, quod in hoc artifices errant, quod naturam in omnibus differentijs proprietatum actionis imitari desiderant.* Modus enim agendi, digerendi & in formandi artis diuersus est à naturali, & similiter organum siue locus, & tempus, quamuis æquipolleant ad eundem vltimum finem. Ars etiam calorem æqualiter metallorum elementa irspicentem imitari nõ valet, nec metalla siue eorum principia de nouo generare, sicut natura, cum determinatam in ijs elementorum proportionem & eorundem mixtionis modum ad inuicem ignoret: sed ea mutuatur à natura, & quod natura præstare nõ potuit quæ simpliciter tantum operatur ad perfectionem

Sunt per se  
cap. 1.

In quibus  
ars sequi naturam non  
possit.

De auri pro-  
creatione  
per naturā.

ea depurat & subtiliat, & calore artificiali tādem in aurum, & vltterius in Elixir cōuertit. Et hæc quidem de generatione metallorum in genere, nunc de auri procreatione particulari pauca subiicere non abs re fuerit, vt quomodo ars naturam in eo etiam sequatur, euidenter appareat. Natura, vt diximus, ad generationem metallorū omnium pro proxima materia recipit argentum viuum cum sulphure mixtum, generatum simul in mineris eorum cum bona digestionē, & liquefactione metallica, & ipsa simul suauissime sublimando, conuoluendo & lauādo decoquit & digerit. Sed quia sulphur in metallis aut cum mercurio eorundem remanens, ea impura, porosa & adustioni obnoxia reddit, magis vel minus, iuxta quantitatem & qualitatem suam, nec ad auri perfectionem, quæ in puritate, tenuitate, soliditate, & fixatione potissimum consistit, peruenire permittit, ideo natura in fine actionis illud separat ab argento viuo, in quo tota naturæ intentio fuit, illudque deinde informat forma auri, fixat, & perficit absque sulphure, ex cuius remanentia ante completam digestionem ab auri substantia & forma degenerat, & fit aliud metallum, aut aurum cum commistum. Et sic patet quæ sit materia metallorum apud naturam, & quid agens, & quis finis in agendo.

Sulphur exter-  
num per-  
fectionem  
metallorū  
impedit.

Quia

Quia igitur hæc ars in mineris metallorum non reperit aliquid quod sit argentum viuū in natura sua, nec aliquid quod sit sulphur similiter in natura sua, nisi rarissime, nam omnino non reperiri falsum est, sed aliquid ex ijs generatum & comixtum, & in naturam terream redactum: quinimo cum videat vnum quodque illorum separatim nasci per naturam in minera sua propria: ideo ars sequens naturam non recipit argentum viuū solū, nec sulphur solum, nec etiam argentum viuū & sulphur coniunctim, sed eādem materiam commixtam, & ex ijsdem principijs compositam quam natura præparauit arti, sicut filie prouida mater, & coniunxit à principio generationis metallorum, non secus ac in lacte, butyrum, caseum, & serum: sed postea ars eandem separat & sequestret, purgatamque denuo coniungit & digerit calore tantū extrinsecus adhibito. & natura intrinsecus operante, donec sulphur istud extremum ab argento viuo separetur. Qua separatione facta necessario cogitur artifex informare argentum viuū forma lapidis, animam ei infundendo propriam, & de materia sua desumptam, & non aliena, operique finem imponere; quoniam omnis materia recipit formā suo tēpore, prout est capax formæ, & nō prius, nec posterius. Sed in eo differunt ars & natura quod natura vnica decoctione argētū

Artis materia præparata à natura

In quo differant ars & natura.

viuum perficiat in aurum, ars vero ad Elixiris perfectionem duplici decoctione indigeat sed breuissima nature respectu, & in qua naturam mirabiliter supergreditur. Naturæ enim operatio ultra auri formam non procedit, cum is sit eius finis vltimus: ars vero hoc non contenta, cum ad auri terminum peruenerit, vltterius illud decoquit & amplias colorat, ita vt abundantia coloris & digestionis imperfectis & vilibus metallis auri formam communicet & imprimat.

Dixi supra, quod natura post completam actionem sulphuris externi argentum absque sulphure fixet, & perficiat. Quod non ita accipi velim, quasi argentum viuum proprio interno sulphure careat, cū in prima sui creatione multas partes habeat terreæ substantiæ sulphureæ albæ in actu, quæ sunt de substantia materiali ipsius, & sine quibus substantia argenti viui constare non potest: est enim compositum, veluti patet per Philosophum 4. meteor. ostendentem compositionem eius cum inquit, *Argentum viuum est vt aqua que miscetur cum terra subtili nimium sulphurea mixtione forti, donec non quiescat in superficie plana & hoc est ex siccitate magna terreæ que inest illi, & ideo nõ adheret tangenti; Et per Gebrũ dicentẽ, Argentum viuum, quod etiam mercurius appellatur antiquorum vsu, est aqua viscosa in visceribus terre*

Argenti viui compositio.

Sum. perfec. cap. 30.

substantia subtilis, terra alba per calorem temperatissimum unita tali unione per minima, quousque humidum contemperatur à sicco, & siccum ab humido equaliter. Ex quibus philosophorum dictis argenti viui compositio manifesta est. Nec etiam intelligo, quod omnino deinceps absque vilo sulphure, decoctio perfecta fiat argenti viui in aurum, sed quod sulphur externum, quod in principio argento viuo iunctum fuit & separatum ab eo, extrahat per digestionem in actum illud sulphur quod est album manifeste in argento viuo, & rubrum in potentia, quod deinde informat ipsum argentum viuum forma auri, & fixa actione sua. Ex prædictis liquet igitur & aurum naturæ & lapidem sola argenti viui substantia constare. Sed obijciat mihi quisquam Gebri auctoritatem naturam auri & eius compositionem explicantis. *Aurum creatum est ex subtilissima substantia argenti viui, & clarissima, fixa, & ex substantia pauca sulphuris mundi, & puræ rubedinis, fixi, clari, & à natura sua mutati, tingentis illam.* Quibus verbis Geber videtur asserere aurum constare non solum argento viuo, sed etiam sulphure. Cui respondeo. Gebrum per substantiam sulphuris istius à natura sua mutati non aliud intelligere quam sulphur internum argenti viui, sine quo argenti viui substantia subsistere nequit, quod prius sopitum actionem suam

Aurum omni externo sulphure exfoliatum.

Quæstio

Solutio



suam manifestare non potuit, sed postea per sulphuris externi actionem excitatum, & a natura sua mutatum argentum viuum suum coagulauit & fixauit, simulque cum eo fixum factum fuit. Quod autem ea mens sit Gebri, hinc liquet, quia omne sulphur externum siue fixum siue non fixum adurit & aduritur, argentumque viuum, quantumque bonum & fixum, secum in fumum resoluit. Cuius rei testis mihi erit ipsemet Geber, hec habens. *Per hoc inuentum est inuentione veridica duorum secretorum genus mirabile duplex. Vnum scilicet, cause corruptionis vniuscuiusque metallorum per ignem: quarum vna est inclusio adurentis sulphuris in illorum substantie profundo per inflammationem illa diminuentis, & exterminantis in fumum vltima consumptione, quantumcumque in illis argentum viuum bonae fixationis existerit. Altera vero est multiplicatio flammæ exterioris super illa penetrantis, & secum in fumum resoluentis, cuiuscumque fixationis in eis ipsum sit. Tertia vero est rarificatio eorum que clacinationem sit.* Tres ponit causas corruptionis metallorum. Primam, quod in omnibus excepto auro sit inclusum sulphur externum adurens, & inflammans argentum viuum, illudque diminuens quantumcumque bonum & fixum sit: sicut patet in argento, quod quidem argentum viuum purum & fixum continet sed propter admistionem pauci sulphuris ipsum tandem diminitur, & totum etiam consumitur. Quod autem

Omne sulphur externum urit & uritur.

Sum. per. perf. cap. 63.

Tres cause corruptionis metallorum.

autem eius exterminationis causa sit sulphur Sum. perf. cap 62.  
 ipsius non mercurius, testis Geber, *Argentum*,  
 inquit, *non ita fixam habet substantiam, ut aurum.*  
*Signum est, diminutio per ignem, & sulphur eius quod*  
*non est fixum nec incōbustibile est causa illius: & quod*  
*sulphur in eo huius sit dispositionis, per illius paululam*  
*inflammationē probatur.* Secunda cor- rup. metal. causa.  
 Secundā causam corru-  
 ptionis ponit, quod omne sulphur externū  
 iunctum argento viuo illius substantiā poro-  
 sam & spongiosam faciat, quo fit, ut flamma  
 exterior multiplicata super corpus metalliū,  
 ipsi corpus ingrediatur, & argentum viuū &  
 sulphur eius quantumcunq; fixum extermi-  
 net, eo quod argentum viuum sulphur illud  
 sibi heterogenium non possit protegere ab  
 ignis violentia. Quod ipsum notat etiam Ge-  
 ber in natura argenti, his verbis. *Argentum di-*  
*minutā habet puritatem ab auri puritate, & spissitu-*  
*dinem grossiorem, cuius signum est, quod non densan-*  
*tur partes eius.* Tercia.  
 Tertiam dicit rarefactionem  
 corporis per calcinationem; quia tunc flam-  
 ma ignis ad minimas quasque partes corpo-  
 ris humiditate eas cōsolidante priuati pene-  
 trare potest, & ipsas resolvere. Cū igitur om-  
 ne sulphur externū quamuis fixum combu-  
 rat, & comburatur, sulphur vero auri nequa-  
 quam, quod patet per omnem examinatio-  
 nem ipsius in igne, quia nec deterius fit, nec  
 minuitur vnquam, necessario sulphur istud  
 auri cuius meminit Geber non externum  
 sed

Sum. perf.  
cap. 59.

sed internum erit, ex quo argenti viui substantia constat: proinde & tota auri substantia erit ex solo argento viuo. Id ipsum confirmat Geber hoc argumento. *Argentum viuum nihil recipit, nisi quod sue nature est, At argentum viuum maxime recipit in se aliud argentum viuum, post illud vero aurum eidemq; magis adheret & amicum est quam aliud quoduis metallorum. Igitur relinquitur ipsum magis esse sue nature.* Maior & minor probatur per experientiam, quia omnes res mundi quantūcunq; graues, modo quantitatem argenti viui mole sua non superent, tanquam lignum aquæ, ei innatant, etiam ipsa corpora metallica, præter aurum, quod parui ponderis in ipso mergitur, ob identitatem & consensum naturæ, ac cognationem maximam quam inter se habent. Cum igitur aurum ex solo argento viuo ab externo sulphure digesto, & vltimo ab eo exspoliato sit generatum, & perfectum, ergo & lapis philosophorum ex eo debet generari. Quia itaque Elixir solo argento viuo constat, propter convenientiam naturæ & similitudinem superiorum corpora metallica liquefacta proiectum, argentum viuum eundem corporum apprehendit, ingreditur & penetrat, idq; in aurum transmutat, sulphur vero externum illis admixtum tanquam alienum à natura sua respuit, nec ei commiscetur, sed separat & seiungit, solumq; derelinquit, quod deinde ignis

Quomodo lapis adhaereat & retineat sibi simile.

vi facile absumitur, remanente purissima ar-  
genti vivi substantia in aurum mutata, Id ipsum  
aperte indicat Venerabilis Raim. Lullius, his  
verbis. Cū medicina sit ex subtilissimis partibus mer-  
curij, ipsa quærit iuvenitatis suæ comparē, & sibi simi-  
lem propter affinitatē & amicitia naturalē. Et Ge-  
ber. Medicina mercurij est, quæ maxime illi in profun-  
do eius adhaeret, & ei per minima cōmiscetur ante il-  
lium fugā. Ex rebus ergo ei cōvenientibus necesse est il-  
lam colligere: debet autē esse subtilissima et purissima  
substantia illi adhaerētis natura ex sua Et ibidem.  
Natura propriam naturam amplectitur amicaliter,  
& ea magis gaudet quam exivanea.

Lib de me-  
solo.

Sum per-  
cap. 57.

Ostēdi auri generationē per naturā & quo-  
modo ars eam proxime sequatur, ac qua ra-  
tione Elixir metalla ingrediatur & puadat,  
sibiq; vicino & affini adhaereat, retineatq;: nūc  
Sophistarum & eorum qui in vegetabilibus  
& animalibus eorūq; partibus aut excremē-  
tis, lapidib<sup>9</sup>, vitris, salib<sup>9</sup>, alijsq; medijs mine-  
ralib<sup>9</sup> philosophorū lapidē inquireunt, opera  
paucis examinemus, & quomodo naturā imi-  
tari conentur, & quā affinitatē eorū materia  
cū metallis transmutādis habeat. per pēdam<sup>9</sup>.

Sophistarū  
in vegetab.  
aut anima-  
lib labores  
examina-  
tur.

In primis ijs qui in vegetabilib<sup>9</sup>, & anima-  
libus, eorumq; partibus aut excrementis, vel  
ortum ex ijs habentibus laborāt, vnā fere in-  
tentionem habēt, quoniam reperiūt in libris  
philosophorū lapidē cōponēdū ex quatuor  
elementis per artē depuratis, & iterum iun-  
ctis,

ut præmissis putrefactionibus in fimo, per  
 distillationes recipiant primo aquã limpida  
 per se, secundo oleum albũ, quod aërem di-  
 cunt, remanente in fundo fœce siue terra, in  
 qua est ignis. siue tinctura quam ut extrahãt,  
 reasfundunt fœcibus aquam abstractam, ite-  
 rumq; putrefaciunt, ac paulatim aucto igne  
 post euaporationem aquæ oleum rubicun-  
 dũ, quod ignem putant, distillant: vel post al-  
 bum, nulla interiecta maceratione illud ex-  
 cipiunt. Hæc sua elementa pluries distillan-  
 do rectificant, ut vocant, tandemque ter-  
 ras omnes à distillationibus singulis residuas  
 simul iungunt, & in calcem seu cinerem re-  
 digunt, cinerem imbibunt paulatim, primo  
 aqua, seu phlegmate, deinde oleo albo, & in  
 fine rubeo, atque eo modo elementis rite  
 cõiunctis se elixir composuisse arbitrantur.  
 Sed quando super metalla liquefacta mate-  
 riam sic præparatam proijciunt, vident eam  
 partim euanescere in fumum, partim non  
 ingredi, multo minus alterationem vllam  
 aut transmutationem, quam expectabant. in-  
 ducere. Causa erroris manifesta est, quia  
 principia, ex quibus natuta metalla in mine-  
 ris perficit, inuestigare, aut assumere non cu-  
 rarunt, sed aliena & extranea quæ cõburun-  
 tur & euaporant, & vicinitatẽ cum metallis  
 nullam habent. Qui rectius audirent Parme-  
 nidem in Turba dicentem. *Nisi veritatis natu-*

Causa erro-  
 ris.

ras d'rigatis, eiusq; complexiones bene coaptetis, &  
 consanguinea consanguineis iungatis, nequiquam  
 operamini. Et paulo post. Intedue nascere que na-  
 turaliter habeat propinqua & longinqua, & quis la-  
 pis cui lapidi sit amicus, & quomodo se iuicem dili-  
 gant & complectantur, quibus notis manus vestras ape-  
 ri applicate. Quod si dicetis qualitates ignoratis, no-  
 lite huic operi appropinquare. Sed dicet forte qui- **Quæstio**  
 spiam eorum qui in huiusmodi friuolis  
 operam impendunt, phil. sophos affirmare,  
 Lapidem constare spiritu, anima & corpo-  
 re: per spiritum autem intelligere aquam,  
 per animam oleum siue humidum radicale,  
 per corpus terram, igitur cum nos eadem pos-  
 simus demonstrare in opere nostro, quid ob-  
 stabit quo minus ex ijs lapis producat? ha-  
 bemus enim aquam, habemus oleum, habe-  
 mus & terram siue calcem. Habetis hæc, fateor,  
 sed non solum à metallica natura aliena, sed  
 etiam à vegetabili aut animali, vt etiã si ve-  
 litis ex ijsdem, quæ appellatis principia & ele-  
 menta, eandem plantam, herbam aut ani-  
 mal, eius siue partem, aut excrementum com-  
 ponere, tamen id facere nõ possitis, quamuis  
 ex ijs elementa vestra eduxeritis: multo mi-  
 nus igitur metallum inde componetis, aut  
 elixir ad alia corpora imperfecta transmu-  
 tanda, cum quibus nihil similitudinis habet.  
 Elementa enim vestra disproportionata sunt,  
 nec vlla arte ea de nouo vnire aut permiscere **Solutio**  
 potestis

**XII4** De affin. medic. & metall.

potestis, vt oleum & aqua terram suam non derelinquant, & euaporent: cum in metallis humidum sicco sic vnitum sit, vt alterum ab altero nunquam derelinquatur, sed simul in igne permaneant, aut simul euolent. Si autem elementa metallorum vel elixiris disproportionentur, vt videlicet ex ijs aqua educatur limpida aut diaphana terra per se derelicta, vt faciunt ij qui ad mulierum cosmeticeu vasi ob longo igne excandefacto hydrargirum iniiciunt, & eius aquam excipiunt, profecto nec ipsa magis apta erunt lapidi producendo, quam supra memorata. Deinde si sufficiat habere aquam, oleum, & terram, cum nihil sit in rerum natura quod aqua & terra non constet & humore aliquo radicali, ex omnibus rebus iuxta illorum iudicium metalla & elixir fieri poterunt, neque hæc solum, sed aliud quodcunque, animal, planta, lapis. Cur enim metallum potius quam aliud quippiã sicque inualefcet & renouapitur opinio illorum, qui asserunt quodlibet è quolibet fieri: quod quam absurdum sit, ne dicam impium erga Deum, qui omnibus fere à se creatis semen proprium indidit, vt vnumquodque speciem sibi similem produceret, nemo non videt.

In lapid. &  
gem. elixir  
inquirentiũ  
opinio præ-  
postera.

Sed forte qui in gemmis & lapidibus laborem infumunt affinitatem hanc cū metallis in materia sua inueniunt. Sicut enim metallũ  
genera-

generatur in montibus & mineris, ita lapides & gemmae, sicq; eundem generationis locum habent: & sicut metallum vinctuoso humido constat & misto cum terra, sic & lapides, nisi enim glutinosa esset humiditas lapidum, sic cum terrestre non retineret humidum, nec humidum aqueum existens intra siccu faceret continuatione, sed exhalaret, & terra sicca remaneret & friabilis. Dicimus ad hec, quod non sufficiat ad hanc vicinitatem eundem habere generationis locum, aut eadem multum remota principia, & gradibus distincta quibusdam, sed ea debere admodum esse propinqua & proxima: Quamuis autem humidum viscosum terrae mixtum sit proxima lapidum materia, tamen metallorum est valde remota, nec in mixtionis modo conveniunt, nec in subtilitate substantiae. Humiditas enim in lapidum substantia terrestri non est, ligata per siccu in minimis partibus unius & alterius, sed in grossis partibus humidi & sicci, ita ut partes humidi cum terrestribus coniaceant sicut hami catevarum, ut ait Albertus: in metallis vero minimum terre est mixtum cum minimo aquei, & e converso, & plurimum unius cum plurimo alterius, & unum ab altero non separatur, ratione homogeneitatis partium, & unionis elementorum, quod contra est in lapidibus. Videmus enim eorum humidum in igne facile

Lapides in quo convenire videntur cum metallis.

Humiditas lapidum quomodo differat ab humido metallorum

Lib. 10. de mineralibus



euanescere, & lapidem in calcem redigi, quia humidum euaporat, nec terram suam ubique protegit. Neque tam vinctuosum humidum habent lapides, neque tam copiosum: in metallis enim humidum vincit siccum, & propterea igne liquantur, in lapidibus vero humidum vincitur à sicco, & ideo lapis teritur. Cum igitur lapides non liquantur exceptis paucis, cum etiam extendi non possint sub malleo, nec misceri cum metallis, eorum principia non possunt esse eadem, proinde neq; aurum ex ijs. neq; elixir cōponi potest.

At vitrum magis vicinum censerit quibusdam. Sicut enim metalla liquantur à calore ignis, sic & vitrum. & quemadmodum metalli humiditas non euaporat, ita neq; vitri. Vitrum præterea viscosam ac tenacem admodum habet substantiam: propter quas rationes ars vitriaria non inepte subalternatur huic arti, vnde & monet nos Geber *Vt vitrum capiamus in exemplum*. Negare hæc omnia non possumus: quantum tamen à metalli natura recedat vitrum, facile videbunt, si perpendant fusionem metallicam fieri per conseruationem humiditatis naturalis argenti viui, vitrificatoriã vero ex vltima consumptione radicalis humiditatis vniuscuiusq; rei adustibilis, quæ per combustionem in cinerem redigitur: ideoque fere ex cinere cuiusque rei fieri potest vitrum. Et vide-

Vitri similitudo cōparatio metallis.

Differentia.

demus quod cum plumbum & stannum fuerint calcinata & combusta, per ignem congruum postea conuertantur in vitrum, sicuti faciunt figuli vasa terrea vitrificantes, Similiter de proprietatibus & passionibus metallorum est, extendi sub malleo. id enim proprie metallo conuenit cum nulla res mundi talem humiditatem habeat, qualem metalla: vitrum autem percussum diffilit & cominuitur, post ignitionem etiam in aqua extinctum, aut in aere frigido detentum facillime rumpitur & crepat, non autem metallum. Item, metalla omnia in conflatione ad inuicem commiscentur propter similitudinem materiae, vitrum autem & omnia vitrificata non miscentur in liquefactione metallis, sed supernatant sicut oleum, & omnis pinguedo aquae. Vitrum etiam liquefactum ponderi superposito cedit, metalla liquefacta non item, nec magis quam argentum viuum. Quibus notis facile percipitur vitrum a metallorum natura esse alienum, proinde nec ex eo aurum aut elixir componi posse. Quinimo monent nos philosophi, ut si quis laborantium casu opus aliquod vitrificatorium fecerit, ab ipso manum suspendat & operi finem imponat.

Sed si vitrum quod humiditatem vaporabilem non habet, non potest esse materia lapidis phisici, quid de salibus, atramentis, & aluminibus iudicandum sit, nemo non

Cautio in opere.

Sales atramentis, & alumina quae sint ab arte remota,

Sales atra-  
menta, &  
alumina  
quam sint  
ab arte re-  
mota.

videt, cum non solum humido facillime in  
aquam solvantur, sed eorum etiam humor  
aqueus & oleosus arte spagirica per distilla-  
tiones elici possit, relicta terra quæ ingres-  
sum nullum aut fusionem metallicam habet,  
quod secus est in metallis, quæ facile com-  
mifcentur propter affinitatem, & humidum  
eorum à sicco propter homogeneitatem & for-  
tem utriusque mixtionem non separatur, sed  
simul in igne manent aut simul evanescent.

Marchasita,  
magnesia,  
thutia quo-  
modo à me-  
tallis dif-  
ferant.

At secus forte de alijs medijs minera-  
libus iudicandum quis putabit, utpote mag-  
nesia, thutia, marchasita, quæ de eadem hu-  
miditate participant qua metalla, constant  
enim omnia argento viuo & sulphure, quæ-  
uis immistas habeant multas partes terreas ac  
lapideas Dico hæc humiditatem quidem ean-  
dem habere, sed indigestam, & alio modo  
terminatam per suas formas, quæ illis acci-  
dunt propter diuersam proportionem mix-  
tionis elementorum propinquorum com-  
ponentium quamuis alioqui elementa sint  
eadem. Idque manifeste animaduerti potest  
ex metallorum passionibus proprijs, & pro-  
prietatibus, quæ sunt fusio, ductibilitas, &  
mixtio, quæ metallis omnibus communes  
sunt: Media autem hæc mineralia, neque  
sub malleo extendi possunt, neque misceri per  
liquefactionem cum metallis. Imo terrea illorum  
pars multis partibus vincit aqueam, quod  
con-

contra est in metallis Itaque his consideratis quilibet facile percipiet hæc auri aut argenti vel medicinæ materiam nobis suppeditare non posse.

Sed ex spiritibus metallicis solis, videlicet mercurio, sulphure, & arsenico, quidam medicinam facilius fortasse elici posse, existimabunt, maximam enim affinitatem habent cum metallis, quandoquidem sunt eorum principia. Videmus etiam hæc leui opera præparata & super corpora quædã proiecta alterationem quandam inducere, quamuis non perfectam, quæ si forte debite præpararentur, lapidem etiam omnibus numeris absolutum præberent. Quam opinionem illorum confirmat Geber, dicens, *Non inue-*

In spiritibus  
solis lap.  
quærentes  
frustra.

Sum. perf.  
cap. 39.

*runt antiqui, nec nos, nec qui post nos erunt aliquid quod uniretur corporibus, nisi spiritus solus, vel aliquid quod naturam corporis & spiritus in se continet. Et eod. cap. Quia in nullis alijs quam in spiritibus vidimus adhaerentiã ad corpora cum alteratione, per nullam causam fuimus ab eis excusati, quin necessarium fuerit illos præparasse, cum mundatione illorum, quæ fit per sublimationem. Et alio loco. Quæcunque alterantur, per argenti viui virtutem vel sulphuris, vel horum similium necesse est alterari, quoniam hæc sola communicant in natura cum corporibus. Esto sanè, concedimus uti*

cap. 60.  
Sum. perf.

debere necessario per argentū viuum vulgare, aut sulphur & arsenicum, cum argentum viuum metallorum etiam spiritus dicatur, nec minus sulphur album aut rubeum ex iisdem eductum, quæ sulphuris & arsenici nomine à philosophis sæpè vsurpantur. Deinde admittamus vt etiã hi spiritus vulgo cogniti alterationem inducant metallis, id perfecto nunquã facient, quamdiu fuerint in natura sua, quia in fusione spiritus hi corpora dimitunt, nec eis adhærēt imo asperitatē ignis refugiunt propter fugã quæ ab illis non est ablata. Itaq; si mutandi sunt à natura sua, corruptionū causæ illis adimi prius debebunt, quæ in sulphure & arsenico est inflammabilis substantia, in argento viuo aqueitas superflua, & absq; inflammatione adustiua: in omnibus vero terrea feculentia. Et à sulphure quidem & arsenico inflammatio tolli potest per calcinationem, ab argento viuo vero aqueitas per præcipationē: sed hoc modo in terream substantiam rediguntur fusione carentem & ingressu. Quomodo autem metalla transmutabunt si non ingrediantur, nec penetrent? Quibus difficultatibus non repugnantibus, dicimus ex philosophorum omnium, & præsertim Gebri sententia, *mediam quandam ex his substantiam elici posse, quæ per terrilitatem non impeditur ab ingressu,*

Spirituū  
commoda

Sum perf.  
cap. 58.

qui

qui per fusionem bonam perficitur, & cuius impressio non facile remouetur propter subtilitatem eius. Sed tamen cum hæc mediocris illorum substantia non fixa sit, quia e non fixo fixum elici nõ potest, licet eius impressio non facile recedat, nõ tamen firmiter perpetuatur. Igitur cū ad mercurium corporum perfectorum ad hanc mediam substantiam figendam necessario sit deueniendū, consultius fuerit in ijs medecinam inuestigare. Qui igitur medicinam quærit metalla conuertentem, relictis supra dictis omnibus nihil aut parum ad re facientibus, metalla capiat, atque in ijs metallorum principia inquirat, argentum viuum scilicet & sulphur, cum in ijs sit per naturam, & metalla ex ijs generata sint. Meminerit tamen auri argentiq; formam nihil dare posse, quod nõ prius eam habuerit, proinde nec imperfecta metalla, nec argētum viuum, nec sulphur formam & fixationem elixiri necessariam adipisci posse, nisi auri argentiue forma prius informenter, & figantur. Vnde consulit Plato quarto 2. vt in perfectis potissimū operam impendamus. Sic enim ait. *Quare calcinatis & solutis alia corpora magno labore, cū in his (scilicet perfectis) quod queritis inuenire possitis. Si ind: queritis usu eorum oportet primum vt conuertatis ea in similitudinem duorum corporum perfectorum.* Et Hamech commentator in Platonem, ibidem. *Hæc corpora, scilicet immūda, egent prepara-*

Metallorū  
medicinam  
a metallis  
per eandem.

In perfectis  
corporibus  
utilius &  
minori labo-  
re inquiren-  
dam.

Ros. part. 1.  
cap. 8.

rari primum, donec fiant in subtilitate & qualitate preparationis sicut sol et luna, tunc preparentur iterum, donec perueniant ad id quod oportet. Et Arnaldus, de villa noua. Si in prima natura materia operis nostrum vellemus incipere, esset longissimum, & etiam impossibile, & magna, & infinita requirerentur impensa ad hoc perficiendum. Et cum per difficillimum artificium lapis fuerit factus de natura metallorum, tamen opus physicum nondum esset inceptum, quippe quia est necesse, vt lapis philosophorum elici possit de natura duorum corporum perfectorum, antequam de eo fiat elixir completum, quoniam est necessarium quod illud quod est elixir sit magis depuratum & digestum quam aurum & argentum. Dicit, antequam de eo fiat elixir completum, respectu forme auri vel argenti, sine qua elixir compleri non potest: elixiris tamen materia ex alijs corporibus peti posse, non est quod dubitemus, vt supra ostendimus, & latius infra auctoritate philosophorum comprobabitur.

Recapitulatio ante dictorum.

Diximus hactenus quomodo elixir & metalla transmutanda conueniant in principijs, & quomodo eadem conuertibilia sint ad inuicem, item quomodo aurum nature & elixir constent ex sola argenti viui substantia se-moto omni sulphure extraneo: demum quomodo elixiris forma non procedat nisi de materia sua, quæ alia non potest esse, quam est in metallis in principio creationis sue. Atque in his omnibus maximè elucet affinitas elixi-

elixiris. & corporum transmutandorū, tamen ad hanc vicinitatem augendam desiderant aliquid insuper philosophi: nempe, vt corporis conuertēdi pars in lapide ponatur. Exēpli gratia. Vult quis lapide physico plū-  
 bum in aurum argentumue mutare, opus est vt plumbi substantiam prius cum eo misceat, ita vt simul vnū quid fiant, Similiter de stanno, ære, & argento faciendum. Id ipsum expresse indicat Raim. Lullius his verbis. *Quando vis facere medicinam, considera primum ad quam perfectionem preparationis eam ducere proponis, & supra quale corpus vis projectionem facere: nam de illo corpore, super quod vis projectionem facere, debes in ea ponere.* Et in Repert. *Si volueris facere projectionē super corpus, pone de eius spiritu in elixir, & per tal; artificium in illud habebit ingressum medicina* Et Arnald. *Si non misces de ipso corpore super quod vis facere projectionem in elixir, & non mitigas, non diliget corpus spiritum.* Ad hoc exequendū variæ nobis proponūtur viæ à philosophis, ad vnū tamen finem tendentes, qui est, vt corpus elixiri addēdū subtilietur. Sed quoniam diuersi sunt attenuationū modi, prout supradictū est, dubitari merito posset, quomodo corpus istud subtiliandū sit. Raim. Lul. cap. supra allegato videtur innuere q̄ sufficiat corpus tale amalgamari cū mercurio, terēdo & miscēdo, donec sit quasi butyrū, nec partes eius vllę āplius sc̄tiri possint, deinde

Corporis  
 conuertē-  
 di pars elixi-  
 ri misceri  
 debere.

Pi. t. c. b.  
 cap. 22.

Ros. cap. 125.

Opiniones  
 philosopho-  
 rum diuerse  
 recensentur



deinde amalgama istud superlterni sulphu-  
 ri rubeo vel albo, cuius vapor hoc amalga-  
 ma penetrabit, coagulabit, & in suam natu-  
 ram conuertet. Quæ quidem operatio est fa-  
 cilis, breuis, & verisimilis, & credimus phi-  
 losophum expertum talia scripsisse: tamen  
 alio loco dicit spiritum corporis conuertendi  
 elixiri admisceri debere. Geber etiam  
 monet corpus esse soluendum. Ait enim. Est  
 tamen bona cautela ad ingressum rebus impermisci-  
 bilibus dandū, vt soluatur corpus de cuius intētionē est  
 pe. has alterari & mutari. Arnald. de vlla noua  
 dicit alibi corpus in calcem redigendum.  
 Cum vis, inquit, proijcere elixir, facies calcem de illa  
 materia cuius fuerit corpus super quod proijcere vol-  
 ueris. Geber quamuis calcis expresse non me-  
 minerit, videtur tamen mediam sequutus  
 viam, vt videlicet partes corporis solubilis  
 soluantur, reliquæ calcinētur, & ea calx cum  
 elixire iuncta spiritu suo imbibatur. Sic enim  
 pergit. Non tamē fiat omnium partium solutio, sed  
 quarundam, dehinc illud & non aliud imbibatur  
 corpus vice post vicem, per hoc enim beneficium in hoc  
 solum ingressum habet necessario, non autem in quo-  
 cunq; alio corpore necessario hoc contingit. Nisi au-  
 tem ea mens esset Gebri, non diceret, dehinc  
 illud & non aliud imbibatur corpus. Quod enim  
 corpus imbibendum nisi proprium, & quod  
 ex solutio superfuit, cum alterius corporis  
 no meminerit? illud autē in elixir intrare nō

Sum. pcrf.  
 cap. 59.

potest nisi purum, & à sulphureitatibus adurentibus & terrea feculentia, quæ per calcinationem potissimum tolluntur, mundatum: nihil enim elixir ingreditur iuxta philosophos, nisi mundum, & à superfluitatibus omnibus purgatum. Quare autem Geber illud corpus siue calcem multoties imbibi iusserit, causa fuit, ut possit deinde sublimari & magis adhuc purgari quam antea: quia calx sursum omnino non, aut difficulter scandit, nisi spiritu adiuta. Quod autem calx corporis sublimanda sit, imo omnia quæ in elixire ponuntur, conceptis verbis affirmat Raim. Lullius, Arnaldus, Albu. mafar, & alij in hunc modum. *Si non sublimas omne id quod penis in elixir, neq, aurum ueq, argentum quod inde fiet, erit perfectum integre.* Et rursus. *Ideo oportet ut calx que mittitur in elixir sublimetur, ut sit omnino simplex et singularis.* Nos ad concilianda hæc dissimilia philosophorum dicta, putamus non referre vtrum calx, an spiritus corporis convertendi elixiri admisceatur, modo eius portiuncula aliqua medicinæ iuncta sit: faciliori tamen & breuiori via spiritum in fine cum elixire misceri quam calcem, quæ melius initio operis additur. Vtrumque tamen fieri posse absque detrimento. Tamen meminerit quisque, mundis non nisi munda conuenire. Oportet igitur corpus illud subtiliari & mundari modis in secundo huius libri cap.

Omnia elixir  
xii purantia  
sub mada.

De Intent.  
Alch. cap.  
de fixatione

Conciliatio  
Auctorum.

Vt lapis omnia metalla transmutet, quid faciendum.

enarratis, et sic demum elixiri adiungi. Hinc Mars. ficinus, *Si perfectius ex imperfectis exemeris, & corpori perfectiori addideris, totum effici perfectum quid ambigitur?* Quin imo ut lapis virtutem suam omnibus metallis infundere possit, eaque transmutare, poterit spiritu omnium imperfectorum vice post vicem solui & augeri. Quod idem ficinus satis indicat his verbis *Quid refragetur lapidem ex omnibus metallis compositum, totum mundum non posse tingendo rubefacere?* Quod non de omnibus rebus quæ in mundo sunt intelligendum, alioqui vegetabilia & animalia, lapides etiam quoscunque & saxa, terramque cui inambulamus tingeret, quod absurdum & à veritate alienum est, sed de omnibus totius mundi metallis, continens pro contento, & totum pro parte licenter usurpando. Quibus Cap. huic de affinitate elixiris cum corporibus transmutandis finem imponentes, dicimus, radices minerarum simplices & compositas imprimis cognitatas esse debere artifici: quia si principia naturæ ignorauerit remotus valde erit ab opere, cum non habeat basim supra quam intentionem suam fundet. Non igitur adhæreat huic arti, nisi eam penitus inuestiget.

DE RADICALI HUMIDITATE IGNEA, CONGELANTE & CONSOLIDANTE PARTES RETENTAS CUM ADHÆRENTIA SUI SIMILIS Vnione omnium partiũ consimiliũ inseparabiliter.

CAP. QVARTVM.

*In quo ostenditur, tres humores, primigenium videlicet seu radicalem, nutritum, & elementarem non solum in animatis, sed etiam in metallis reperiri. Quid sit radicalis humor metallorum, & quare ratione congelet & consolidet partes retentas, & quomodo in metallis augeri possit, in viuētibz non item. Tractatur insuper de humore alimentario siue spiritu lapidis, de eius varijs effectibus & operationibus. Vnde educatur, & quomodo prepararetur, & an ex alijs rebus quã ex metallis elici possit, examinatur.*

**D**ictum est superius, quomodo medicina Physica oleaginitate sua quã citissime fundatur, materiæ tenuitate penetret in profundũ metallorum transmutandorum, affinitate vero & naturæ vicinitate adhæreat suo simili videlicet argento viuo eorũdem, idq; retineat: nũc porro quomodo retentũ coagulet & consolidet examinãdũ est, q̃ eã radicali sua humiditate ignea efficere asserit hoc loco. Geber. Vt aut melius intelligatur, quid sit ea humiditas radicalis ignea, paululũ excurrẽdũ est.

Phi.

Tres hume-  
res in omni-  
bus anima-  
tis.

Alimenta-  
rius.

Primigeni-  
us siue  
vitalis.

Elementari-  
us.

Philosophi naturales & Medici triplicem statuerunt in viuentibus omnibus, tam stirpibus quam animantibus humorum differentiam. Et vnum quidem alimentarium siue nutritium vocant, quod eo nutriantur & alantur animata: qui quidem quamuis ex concoctione iam mutatus fuerit, nondum tamen in corporum viuentium essentiam ex toto conuersus est, estque aquosus & frigidus, parum à fontana aut puteali aqua distans, si vaporario euocetur, & vase excipiatur, inhiabetque quamdiu rebus inhærescit combustionem. Alterum nominant primigenium siue vitalem, & radicalem, pinguem & oleosum, qui quamuis oculorum effugiat aciem, arte tamen & industria secerni etiam potest, non se us atque prior, per distillationem, in forma olei albi seu rubei, vel coloris inter hos medij. In hoc spiritum & innati caloris fundamentum, atque primam substantiam constituunt, cum sit primus & viuentium omnium communis, in quo spiritus calore perfusus primum & per se confidit. Ab his diuersus est aqueus siue elementaris humor, quo tanquam vilco terreæ corporum partes iunctæ cohærent, quiq; rerum omnium ex elementarum permixtione concretarum est communis, vniuersumq; inanimorum siue lapidum siue metallorum genus hoc ipso glutinatum sustinetur. Triplex id

humorum genus vt plenius cognoscatur, exemplo omnia clariora reddetur. Si quis ligneam materiam viridem recensque casam igni mandet, principio videbit ægrè incendi, propterea quod multo scateat humore quem è terra pro alimento sibi hauserat, is enim est qui ab eius extremis dum incalescit emanare solet. Hoc consumpto, reliquam substantiam prompte flamma depascitur, quia purior manet pinguis illa, quæ olei speciem gerit, alio liquore nullo madefacta. Hanc cum omnem ignis depulatus fuerit, flammæ quidem tum nihil prorsus erumpit, aut euolat, in subiectis tamen carbonibus sua insuper inest soliditas ex relicto aqueo humore tenaci & cohærente, quem in elementorum concretionem acceperunt; quo tandem exeso dissipatoque, cinis duntaxat aridissimus, vt apparet, reliquus est, quamuis nec ipse cinis prorsus viscoso illo & tenaci humore careat, subtili & fixo, nihilque inflammabili, qui in vitrum transire potest, & diaphanitatem vitream præstare. Et hunc quidem elementarem humorem philosophi naturales tam animatis, vt plantis & animalibus, quam inanimatis, veluti lapidibus & metallis omnibus communè dicunt, radicalem vero humiditatem & alimentariam viuientibus duntaxat tribuunt. Chymici vero philosophi

*Exemplum  
trium humo-  
rum in vno  
subiecto.*

*Elementaris  
humor omni-  
bus rebus cõ-  
munis.*

*Tres humo-  
res in lapide.*

*Eorum comparatio cum animantium humoribus.*

*Radicali calorum humorum.*

*Alimentarius metal. humor.*

tantum in viventibus, sed etiam in metallicis, & præsertim in lapide suo tres istos humores inuestigarunt & inuenerunt, nõ quidem prout sunt in animam habentibus, sed prout sunt in metallis. In primis enim sicut in oleosa & pingui substantia vita prædictorũ, calor natiuus, spiritus, & anima, & sui similis generatio consistit, ita in radicibus metallis infixæ humiditate eorundem etiã propagatio, calor internus materiam digerens, & anima continetur. Animam autem dico Proprietatem fundẽdi fluendi, & extensionis sub malleo, (neq; enim hæc tã viscositati aquæ & terræ, earumq; subtili & per minima mistioni tribuenda sunt, quam radicali humori, qui aquam terræ, terramq; aquæ indissolubili nodo iungit) formã præterea lapidis, sine qua materia eiusdem subsistere non potest: Et, veluti deperdito humore pingui & natiuo animantia & stirpes vita priuantur, ita metalli materia non manebit, nec lapis forma induetur metallica, si radicalis iste metallorum humor igne nimio dissipatus fuerit. Item sicut alimentarius viventium humor à primigenio secerni & separari potest, & veluti eodem nutriuntur & crescunt animata, tandemq; concoctione transit in radicalem, eodem modo nutritio suo humore, separabili à radicali, philosophi chymici lapidẽ irrorant, qui eundem sibi apponit & digerit,

rit, crescitq; tam quantitate quam virtute, nō secus atq; in fans qui primū parce & paulatim aqua & lacte nutritur. deinde sensim augetur, donec copiosiori & solidiori cibo digerendo sufficiat. Tertius humor in metallis maximè manifestus est, cum aqua terram suā nunquā derelinquat, sed simul maneat, aut simul euaporent, neq; Chymistę eum separare student, cū in his iunctis proportio metallica nobis à natura data consistat, quæ semel interrupta aut disiuncta vlllo modo restaurari nequit. De hoc itaque loqui super se debimus, & ad priores duos transibimus.

*Elementaris  
metal. hu-  
mor.*



*Radicalem humorem in hac arte Raim. Lullius dicit esse argenti viui substantiam calore sulphuris impregnatam.* Ex qua diffinitione colligimus argentum viuum purum quo magis digestū fuerit suo à suo sulphure, quodque magis virtutis sulphuris particeps fuerit, plus humoris natiui & primigenij in se habere. Aurum itaq; cum sit nisi argentū viuum digestum virtute & calore sulphuris sui interni, ab externo excitati & in actum deducti, magis quoque quàm reliqua metalla humiditate radicali abundabit, post aurum vero argentum: ideoque Raim. Lullius aurum vocat *merum humidum radicale*. Alia vero corpora quamuis inter-

*Radicalis  
humor diffi-  
nitio.  
Test. ca. 55.*

*Lib. mercu-  
riarum c. 26.*



vt internum actionem suam exerere non possit, oportetque omnia prius externo sulphure spoliari, antequam ad eorum radicale humidum perueniri possit. Si autem aurum quod non est nisi argentum viuum perfectissime digestum in gradu naturæ tum caloris & humidi radicalis in se habet, quod à sulphuris sui proprii qualitate adeptum fuit, vt respectu mercurij vulgaris passim à philosophis merus ignis dicatur, ipsius substantiam digerens & decoquens, quid de tinctura physica censendum erit, quæ aurum humore radicali & calore superat, & merum sulphur philosophis dicitur, & reuera est? Sic enim Raim. Lullius,

cap. ca. 64.

*Tinctura metallica non est nisi sulphur, ex quo fit multiplicatio per suum proprium naturalem calorem in argenti viui substantia digerente illud & conuertente in substantiam sulphuris per certum digestionis modum. Ergo multiplicatio tinctura non est nisi per augmentationem & multiplicationem caloris naturalis, qui est sulphur non vrens nec ardens in materia argenti viui. Ex quibus verbis colligitur radicalem humorem seu calorem naturalem qui in radicali humore consistit, non esse nisi sulphur, non quidem externum & vrens, quale metallis imperfectis in generationis loco impuro adiectum est, sed internum non vrens, quod argenti viui substantiam sibi ab artifice appositam transmutat, & in se conuertit. Nam sicut aër qui est*

Radicalis humor non est nisi sulphur.

materia ignis induit eius formam in eo, ita argentum viuum est materia sulphuris, & conuertitur in ipsum propter affinitatem naturæ, & cum sulphur illud nõ sit nisi tinctura, argentum viuum etiam ab ipso digestum non nisi tinctura erit, quæ pluribus modis multiplicata & aucta, calore etiam externo materiam magis magisq; semper digerente tam magnæ virtutis & efficaciam facta est, vt suo exuperante calore igneo metallorum liquefactorũ mercurium coagulet & consolidet, quod vero de sua natura non est absumat vel separet. Sulphuris itaq; huius iam dicti respectu radicalis humor oleum dicitur à philosophis, quia sulphur oleagineum est & pingue (cum à Gebre diffiniatur *pinguedo terre per temperatam decoctionem inspissata in minera quousq; indurata et sicca facta sit*) de quo cum abunde dictum sit cap. 1. hic parcius loquemur, illud tantum significantes eundem etiam humorẽ ratione caloris sui interni sæpius ignem vocari. vnde Raim. Lullius. *fili imprægnæ corpus ab igne, & multiplicæ suam combustionem, & fortem habebis tincturam* vbi per ignem non aliud intelligit quam humorem istum radicalẽ quo lapis imprægnandus est siue imbibendus. Et Armild. *Ignis totum compositum maturat, subtiliat & rubificat. & aërem permiscet & consolidat, ac terra & aquæ constringit frigiditatem, vt ad incolumis redeant equalitatem complexionis.*

Radic.  
m m m m m  
ris respectu  
oleum dicitur.

Rad. humor  
ignis dicitur.  
Test. ca. 29.

Ros. ca. 24.

Et non ineleganter Rhodianus. In occulto lapidis n. stri est caliditas & siccitas, quæ caliditas est elementum ignis: oleum quoque est siccum, hoc enim siccum figit, quoniam siccitas ignis tinet. Vbi quavis ignem ab oleo videatur distinguere, tamen ignis huius qualitates caliditatem nempe & siccitatem declarat, eiusque proprietates aperte describit. Vocatur, inquam. humor hic ignis, propterea, quod in eo, sicut dictum est, calor seu ignis naturæ absconditus sit, non secus atque animarum calor natus in humido primigenio, quod quanto magis lentum & glutinosum fuerit, ac copiosius, tanto diutius calori sufficit, & tanto perennius est. Sed calor iste natus in animantibus paulatim restinguitur, videlicet, absumpto à se humido cui inhabitabat, & quod ipsi vice pabuli erat; quæ consumptio si sisti posset, perpetuari, & non finiendis ætatibus sustentari posset animal. In metallis autem & præsertim lapide physico contra est, quia in eo non solum conservatur humidum radicale, sed etiam mirum in modum augetur, & sicut humidum accrescit, ita etiam calidum, ita ut merito ignis dici possit, qui suo calore digerit metallorum imperfectorum humiditatem non satis à natura concoctam, & suo superfluo humore radicali eorum humidum primigenium maturat, multiplicatque. Et propterea lapis dicitur non habere humiditatem terminabilem, licet

Quare ignis  
dicitur.

Humidum  
primigenium  
metallum augeri  
posse, animantium  
non item.

licet enim siccus sit contactu, copiosus tamen est in humiditate vinctuosa in eius occulto, quæ nunquam potest destrui aut extirminari. Ad antedictorum & Gebri maiorem elucidationem visum fuit in mediū adducere quid de igneo isto calore sulphuris sentiat Raim. Lullius in hūc scribēs modum. *fili non mireris, quando res videbis mutari coram oculis tuis per potentiam sulphuris, quia multū calidum est & siccum. Ideo necessariū est quod proprietatem ignis habeat, videlicet aperiendi partes totius corporis & argenti viui, & penetrādi, & terminandi, quia per calorē quem habet in se naturaliter aperit poros clausos & seratos. Et cū ignis sit substantialiter colligatus in substantia subtili, cū tota illa etiam vaporabiliter intrat totū corpus; cū eius substantia per quā ligatus est & collectus sit multū sicca, terminat & congelat humiditatem quam intrauit, secundū sui caloris informationē. Dicit secundū sui caloris informationē, propter sulphuris istius siue humidi radicalis duplicē naturā, prout ca. 1. declarauimus, quarū vna Lunaris lapidi tantum formam argenti impartitur, altera vero Solaris, auri: & propter maiorem minorēve decoctionē ex artificis volūtate directā, qui argentum vel aurum facere nititur. Non autem existimet quispiam Raim. Lulliū per vocem sulphuris hoc loco intellige terrā philosophicam, aut aliud quoddā sulphur externum, sed solum radicalem istum humorē igneū, de quo nobis sermo,*

*Interpretatio ante dictorum.*

*Pract. test. cap. 22.*

Test. ca. 55.

qui materiam philosophicam hoc est, terram & aquam, quæ corpus & argentum viuum nominat, aperit, penetrat, & terminat, scilicet, formam inducendo & figendo. Cuius interpretationis auctor est mihi ipsemet Lullius, sic loquens. *humida radicalia per eorum naturalem calorem excitatione solius ignis terminantur & finiuntur in substantiã metalli, quod nunquam possibile esset fieri, nisi nature metalli participarent.* Superius dixit sulphur istud corpus & arg. viuum calore suo igneo aperire, penetrare, & terminare, id ipsum nulla sulphuris mentione facta nunc de radicali humore asserit, & quod hic tacet de corpore & arg. viuo terminandis per calorem sulphuris hoc supra expressit: neq; enim putandum est, quod per se terminetur, sed in & cū terra sua. Affirmat etiam hæc *humida radicalia participare naturam metalli*, quia videlicet versantur, vt alio loco ex Lullio quoque ostensum, inter duo extrema, quorum vnum est argētum viuum & sulphur, alterum elixir perfectum, quod nisi metalli naturam haberet, metallorum perfecta medicina non esset. Cū igitur humor hic radicalis medius sit inter duo extrema, oportet, vt sicut metalli naturam, ita etiam sulphuris & arg. viui obtineat, & propterea vicinius sit metallo, quam duo prædicta, quæ remota admodum sunt à metalli natura, nisi prius informentur & terminentur à secundo hoc sulphu-

*Humorē rad.  
lapidis me-  
talli naturā  
participare.*

sulphu-

sulphure, è quibus oritur tertium sulphur. Sed sicut in superioribus virtutē & vim humidi istius primigenij in materiā suam attingit Lullius, ita sequentibus potestatē lapidis qui nihil deinceps est quā radicalis humor et merus ignis in conuersione metallorum dilucide & præclare, vt semper, demonstrat. *Medicina, inquit, debite preparata quādo super corpus fusum vel argentum viuū calefactū proijcitur. ratione subtilitatis & igneitis metallum figit & decoquit, inspissat & coadunat: inspissando autē & coadunando pondus præstat, partes vero terreas magis crassas pro scoria relinquit.* Atque hæc de radicali humiditate ignea quam medicinæ necessariā affirmat Geber, vt partes retentas cum adhærentia sui similis congelet, & cōsolidet, dicta sufficiant. Transeo ad humorē alimentariū, qui vnus est ex tribus præcipuis chymicę artis principijs seu lapidis elementis, comparaturq; nonnunquā aëri, quemadmodū radicalis humor igni.

Hic humor in arte spiritus, aqua, mercurius, ventus, fumus, acetum dicitur, & infinitis alijs nominibus à philosophis insignitur, sæpiusq; cum radicali humore confunditur. Spiritus diffinitionem inuenio in Innominato quodam auctore, qui eam vt suspicor à Raim. Lullio mutuatus est. Vbi dicitur esse *virtus mineralis, in qua natura metallorum quiescunt.* Virtus, quia spiritualis & aeriæ, chymico loquendi more, est natura,

De mercurio solo.

De humore alimentario.

Eius nomina diuersa.

Diffinitio.

138 De radicali humidit. ignea.  
ture, nec absque suo corpore subsistere aut  
ignem tolerare valet: & quamuis talis sit in  
natura propria, tamen tota metallica natu-  
ra in ea quiescit, & ea constat, quia metalli-  
cum corpus non est aliud quam argentum  
vium a natura sua mutatum, & coagulatum,  
& iuxta sulphuris sibi agnati proprietatem  
digestum, & informatum.

*Spiritus bene-  
ficia varia.*

Huius effectus & beneficia sunt varia. *Cor-  
pora enim à combustione preseruat.* Vnde Philo-  
soppus in Turba. *Sic corpus absque aceto super ig-  
nem ponatur, comburetur, & in fauillam redigetur.*  
Vitonem autem inhibet sua frigiditate & hu-  
miditate, quæ qualitates sunt aquæ. *Soluit  
præterea omnia corpora metallica, præcipuè ve-  
ro aurum & argentum, solutione vera phi-  
losophica in aquã ex qua ab initio fuerunt,  
quod partiũ tenuitate efficit, eo quod terre-  
stri materia plane expoliatus sit per frequẽ-  
tes distillationes, & circulationem diutur-  
nam, ac penetrationis acumine, quod à me-  
tallico sale cum eo digesto & eleuato acqui-  
sivit. Lauat insuper & abluit, quia nigredinem  
& sordes corporum dissolutorum & terræ  
eorundem per lotionem aufert: vnde non  
semel *sapo Sapientum* appellatur, similitudi-  
ne ducta à sapone vulgi, quo interulæ & ve-  
stes sudore aut alijs sordibus inquinatæ  
mundantur. Has ipsius proprietates Raim.  
Lullius paucis complexus est in hanc sen-  
tentiam. *Proprietas quæ est in aqua refrigerat**

*Pract. test.  
cap. 17.*

*mut-*

*multum, dissoluit & lauat. Et ibidem. Argentum viuum est liquor inundans & fluens, preseruans à combustionem & arsuram. Huic præterea spiritui diuersæ ac contrariæ adscribuntur operationes. Dicitur enim cōgregare & diuidere: Cōgregare quidem homogenia, partiri aut & diuidere heterogenia. Quod ea fit ratione, quia homogenijs & de natura sua mercuriali existentib. adhæret, heterogenia vero, hoc est, vinctuositatem inflammabilem & terram substantiam corporis seponit, & tanquam alienam non attingit, neque complectitur. aut si complexus fuerit, tandem deserit. Dicitur atiam mortificare & viuificare, Mortificare quidem animam & tincturam à corporibus separando, quæ deinde mortua remanent, cum nullus in ijs amplius sit splendor, nec vita vlla quæ in fulgore consistit, & humido radicali iuxta dictum Moriendi. Corpora cum suas non retinent animas, mortua & tenebrosa apparent. Viuificare autem, cum animam id est mercurium corporum perfectorum in terram mundam & puram inducit. Dicitur etiam corpora viuificare cum metalla ad naturam suam, hoc est, in argentum viuum conuertit, hinc Lullius. Aqua nostra facit totum corpus spiritum, & corpus mortuum in substantiam viuum vertit. Vbi corpus mortuum ea ratione dicitur, quia vires suas exerere non potest quamdiu compactum*

Contrariæ operationes à spiritu lapidis.

Iest. cap. 41.



Etum & durum est, sed demum post solutionem spirituale factum. Nec dissimilibus rationibus dicitur *dura mollificare, & mollia indurare*. Mollificat, cum corpora soluit, & cū terram exuccam & aridam irrorat; indurat, cum humorem radicalem qui metallorū fluxui sufficiebat educit, & ne amplius fluere possit, inhibet. Item *albificat & rubificat*, Albificat, terram lauando, mundando, & extollendo, rubificat tincturam auri vel eius oleum infundendo. Hos omnes mercurij seu spiritus effectus breuibus verbis cōplectitur Auctor Ros. minoris, in hunc modum. *Cum ista aqua laudabili corrosiua poteris in momento resolueret cuncta corpora tam cruda quam calcinata, omnes spiritus & omnia mineralia, nec non lapides pretiosos, & coagulare quando volueris. Ista aqua habet tales effectus mirabiles & laudabiles, quod resoluit solidum, & reddit liquidum, mundat immundum, corrodit superfluum, figit fugitiuum, consolidat disgregatum, augmentat tincturam albam optime, & rubeam, omnia penetrat, durum mollificat, & molle indurat, & discordantes concordat, & est clavis totius artis. Quod addit, hanc aquam discordantes concordare, id dicit ratione animæ & corporis, quæ se inuicem non amplectentur propter distantiam remotam, nisi per medium spiritus. Hinc Raim. Lul. anima corpora ingredi non possunt, nisi mediante spiritu. Vnde & ab Arnaldo de Villa noua dicitur *mercurius solutiuis philosophorum, faciens,**

*uens matrimonium . Et alius. Hac aqua coniungit corpora diuersa tali coniunctione, quod non potest ignis ea separare. ipsa facit matrimonium inter corpus & fermentum, & eorum vnum mutat in aliud, & ab ignis combustionem defendit. Hic humor quemadmodum albificat & rubificat, ita dicitur etiam denigrare. Vnde Marchos apud Morienum. Aqua nostra soluit corpora, congelat, & denigrat ea. Quod facit ratione putrefactionis, in qua nigra omnia redduntur. Vnde Rosar. Aqua putrefacit, ac postea facit germinare res novas & diuersas. Huius spiritus naturam non satis admirari nec commendare potuerunt philosophi. Vnde Auctor Liliij. O natura calistis, qualiter vertis corpora in spiritum. O quam admirabilis natura, qualiter omnibus eminent, & omnia superat. Et ne de alio elemento loqui existimetur, addit. Et est acutum acerrimum, quod facit aurum merum esse spiritum, sine quo aceto nec albedo, nec nigredo, nec rubedo fieri potest.*

Præter superius enumeratas facultates hic spiritus lapidem æris vel lotonis etiam nutrit & alit. Vnde non in merito alimentarius siue nutritius humor dicitur. & à Raim. Lullio lac virginis, sanguis reincredatus, menstruum dealbatum, nutrimentum infantis, cibus cordis, venenum viuentium, cibus mortuorum vocat. Et ibidem. Operatio huius est nutrimentum vel multiplicatio lapidis in substantia mercurij,

*Spiritus quare humor alimentarius dicatur.*

*Codic. cap. de subl. merc. et nutrimento per multipl.*

142 De radicali humidit. ignea.

Questio.  
Cap. de modo  
fumentat.  
rerum ceran-  
dorum.

*Et cum nutritur aq. a. augetur & multiplicatur si-  
cut caterares. Sed dicit quispiam. Idē Raim.  
Lullius alio loco Codicilli affirmat hanc  
humiditatem non generare nec augere. Sic  
enim scribit volens sadiculis humiditatis  
differētiā ostendere ab alijs humida-  
tibus lapidis. Ne putes hanc humiditatem, fore  
secundam, quia phlegmatica est. nec generat vel au-  
gere potest, quantum est de natura sui, nisi solum hu-  
i mediat lapidis partes, illas vaporabiliter deserendo.*

Solutio.

Respondeo, humiditatem hanc multū qui-  
dem phlegmatis continere, quod facile ab  
igne recedit, mediam tamen ipsius substan-  
tiam nutrire & augere, donec lapis ad quan-  
tatem debitam perueniat: quæ tamen e-  
tiam facilē cum suo phlegmate ab igne eua-  
porat, nisi conueniente igne regatur, & po-  
stea per animā detineatur. Propter a con-  
cinne admodum Calid. *Aqua non plus ponde-  
ris adijcit vel dat corpori, nisi quantum de humida-  
te metallina in se habet, quia humiditas aque tran-  
sit, & metallina manet. Metallinam autem hu-  
miditatem vocat mediā mercurij substan-  
tiam incombustibilem. Propter hanc nu-  
tritionis proprietatem Lullius hunc spiri-  
tum non vno loco vocat mercurium vegetabi-  
lem, vel aquam vegetabilem mercurij, vel menstruum  
vegetabile, eo quod vegetet, nutriat, & cresce-  
re faciat. Iterum oblitrepet alius & dicit.  
Nonne Raim. Lullius & alij philosophi plu-  
ribus*

ribus locis affirmant humorem radicalem  
 verum esse nutrimentum lapidis? Sic enim  
 Lullius *In tertia digestionem lapidis nutritur cum per-*  
*fectione, & augmentatur in crescendo, & lapis con-*  
*fortatur ad faciendum suas abhones in restauran-*  
*do rem deperditam in terra alba foliata.* Ter-  
 tiam autem decoctionem fieri cum hu-  
 more radicali, quæ etiam oleum & anima  
 dicitur, notum est, cum eo lapis anime-  
 tur, & tingatur, & absque eo terra dealbata  
 & munda in medicinam perfectam mutari  
 non possit, sed mortuus & nullius effectus  
 remaneat, aut evanescat. fatemur id qui-  
 dem; sed propterea non sequitur alium  
 nullum humorem nutrire. Quod enim  
 de vno asseritur, de alio rectè negari non  
 potest. Sed eam Lullius ubique fere con-  
 stituit differentiam, quod humorem ali-  
 mentarium, de quo loquimur menstruo  
 comparet, radicalem vero lacti. Sicut e-  
 nim infans ante partum menstruo san-  
 guine per umbilicum attracto tantum ali-  
 tur, cum non valeat propter impotentiam  
 digestionis & cruditatis per os alimen-  
 tum attrahere, post natiuitatem verò la-  
 cte, & paulatim ad auctis viribus cibo  
 solidiore: ita & lapis terræ cum sit fri-  
 gidissimus in principio indiget ali-  
 mento sibi conueniente, non nimis  
 calido

Test. cap. 141

Solutio:

Differentia  
humoris ali-  
mentarij, &  
radicalis.

144 De radicali humidit. ignea.  
calidone suffocet aut extinguat digestiuam  
in eo virtutem, sed sibi in complexione si-  
mili: post ortum vero suum & partum, ca-  
lidiores cibo & magis digesto, cum ipse quo-  
que sit calidior, & plus attrahere meliusque  
concoquere valeat; cui si tum frigidius a-  
limentum suppeditaretur, mortificaretur  
in eo virtutes conuertentes. Cum autem  
dico lapidem frigidissimum in principio,  
non intelligi velim nisi respectu finis, cum  
alioqui nisi caloris aliquid in se contine-  
ret, humidum suum coagulare, & retinere  
non posset. Quod satis indicat Lullius in  
Codicil. his verbis. *Prima terra calida est; se-  
cunda calidior, tertia calidissima.* Non negaue-  
rim tamen differentiam hanc quam dixi  
de menstruo & lacte aliquando confundi,  
cum secundus lapidis humor nonnunquam  
lacti comparetur, & etiam *mediocris humor  
radicalis* à Raimundo dicatur. Sed tum ter-  
tium humorem *caloris nutritiuum & conserva-  
tiuum, generantem viuificos spiritus & sanguinem,  
ignem, & animam* vocarunt philosophi, ma-  
nifesta satis vtriusque differentia. Sed in-  
terrogabit quispiam, si spiritus hic, siue hu-  
mor alimentarius non sit ita calidus, pro-  
ut radicalis, quare Philosophi illum quã-  
doque *ignem* vocauerunt, vel *aquam igne-  
am, igneum venenum, aquam cholericam igne cali-  
diorem*, cum nihil possit igne esse calidius?

Questio.

Differentia  
humoris ali-  
mentarij, &  
radicalis.

Sic enim Menardus in Turba. *Argentum viuum est ignis corpora comburens, mortificans, & confringens.* Et Dardarius ibid. *Notate argentiuiuum esse ignem omne corpus comburentem, magis quam ignis, & corpora mortificantem, & quod omne corpus quod ei miscetur teritur & morti datur.* Respondeo cum Raimundo Lullio hanc aquam siue argentum viuum dici ignem à Philosophis non quod intrinsecus de natura sua calidior sit oleo aut humore radicali iam dicto, sed quod igne elementalipotentiore sit in actionibus suis, videlicet comburendo aurum, & quia in se continet naturalem proprietatem & virtutem scindentem & rumpentem, & sine vi aurum dissoluentem, quod ignis facere nequit.

Sed quæri posset unde humor iste alimentarius siue spiritus educatur potissimum? quem non esse argentum viuum vulgare hinc conijci potest, quod passim dicant Philosophi, *mercurium suum non esse mercurium vulgi*: deinde quod argentum viuum vulgare non efficax sit in auro argenteo soluendo, nec etiam in calce corporum coagulari possit ob cruditatem: denique quod alias proprietates quas aquæ suæ attribuunt Philosophi non obtineat. Dicimus itaque spiritum hunc non esse nisi argentum viuum è corporibus eductum. Unde Auicenna. *Intentio operis non est nisi vt eligatur purissima mercurij substantia ex ipsis corporibus, quoniam Elixir constat solummodo ex ipsis.* Item Ros. *Lapis noster apud omnes philo-*

*Unde petendus spiritus*

*Spiritualis è corporibus petendus*

146 De radicali humidit. ignea.

*sophos dicitur mercurius, qui non est natus, sed de corpore extractus. Et Raim. Lullius. Intentio tertij practicalis principij est, vt argentum viuum à corporibus abstractū per dissolutionem sui sulphuris, & illius vapore per reductionem congeletur. Quo autam corpora perfectiora fuerint, eo etiam spiritus perfectior erit, melius enim congelabitur, & humiditatis superflue minus continebit. Cum itaque aurum metallorum omnium perfectissimum sit, & maximè decoctū, spiritus ex eo eductus reliquorum spiritibus perfectior erit, post quem argenti, deinde cæterorum metallorum, pro ut puritate & abundantia mercurij magis argento vicina fuerint. Quæ autem illa sint ex libris philosophorum addiscendum est. Sed quoniã hæc duo metalla perfecta multum de virtute sulphuris non vrentis, in se habeant, & proinde etiam radicalis humoris plurimum, plus aurum minus verò argentum, ne caliditate nimia terra suffocetur, adsciscendum erit pro ratione argentum, viuum vulgare quod horum corporum partes minus fixus secum euehat, & per mitionem earundem & digestionem debitam qualitates mercurij corporū perfectorum induat: spiritus vero minus decoctorum metallorum plumbi, videlicet, vel stanni additione argenti viui vulgaris non indiget, eum crudus adhuc sit iuxta corporum naturam è quib. eductus est, cui si mercurius vulgaris crudior cūiungeretur, pro*

*in Codicil.*

*Quorum corporum mercurius melior.*

fecto timendum esset, ne à sulphure parū  
 caloris in se habente congelari nō possit, &  
 sic opera labore frustreremur. Quod autē spi-  
 ritus hic tā ex imperfectis q̄ perfectis corpo-  
 ribus elici possit, satis indicat Raim. Lullius  
 his verbis. *Noueris quod metallorum spiritus est*  
*altera pars & materia nostri lapidis, quem oportet*  
*te à corporib omnium metallorum euacuare. Et ista*  
*euacuatio fit dupliciter, quia in duobus corporib. per*  
*fectis diuiditur per putrefactionem & elementorum*  
*diuisionem: sed in metallis imperfectis diuiditur per*  
*purificationem & sublimitationē simplicis vnitatis.*  
 Et alibi: *Si fixas per aquam corporis imperfectis*  
*in cera cum oleo Solis vel Luna, vt facias solem per-*  
*fectū & Lunā. Sed si fixas per aquam corporis per-*  
*fecti, sufficit vt modo fundatur: et si vis leuioris fusio-*  
*nis, in cera cum oleo corporis perfecti.* Quibus ver-  
 bis Lullius non solū ex imperfectis metallis  
 aquā siue spiritū educi scribit, sicut ex per-  
 fectis, sed manifestā vtrorum q̄; differentiā  
 tam in resolutione q̄ coagulatione eorū in  
 terrā, & incerationē diuersā docet. Geber *De Inuestig*  
 etiam aquarum Iouis & Saturni, Veneris, *perfect.*  
 & Martis præparationes tradit; q̄ superua-  
 cuū esset, nisi spiritus iste ex omnibus me-  
 tallis educi posset. Quinimō lib. fornacum  
 cap 17. expressè affirmat spiritum hunc si-  
 ue mercurium ex omnibus metallis peti  
 posse. *Ex hoc magnum elicias secretum quod mer-*  
*curius atque sulphur extrahi possunt tam à perfectis*  
*q̄ ab imperfectis corporibus debite præparatis. Sunt*  
*hoc adminicula spiritū purificati & media mineralia.*

*In competib  
trans. ani-  
ma.*

*Se intenti  
alch.*

*De Inuestig  
perfect.*



148 De radicali humidit. ignea.

Quomodo autem corpora metallica dissoluenda sint, quoniam dictum est cap. 2. hic repetendum non putavi.

*Spiritus præparatio.*

Præparatio huius spiritus est ipsius subtiliatio quæ per multiplices distillationes perficitur, donec splendore & cristallinam consequutus sit serenitatem. Auctor Scalæ. *Aqua depurantur multum ab illarum sordibus cum distillationibus, & subtiliando vertuntur in naturam aeris per leuigationem.* Et Lullius. *Aqua distillatur ad perfectam ablutiois signum, quod est splendor transparentis, & fulgens ut cristalli serenitas.* Qui ad hoc signum peruenit, mercurium habet philosophorum omnia corpora soluentem, præcipue Solis & Lunæ, ob naturæ vicinitatem; quare de causa subtilitas spiritus illorum densitatem facilius penetrat, & intima corporum subiens illa emollit, & tandem in mercurium currentem conuertit putrefactione conuenienti præmissa.

*In codicib.*

*Opinio quorundam reprobata.*

Reliquum est, ut excutiamus an in alijs rebus hic spiritus inueniri possit. Philosophi lapidem suum animalẽ dicunt, vegetabilẽ & mineralẽ. ratio eos mouens alibi declarata est. Sunt tamen qui putent lapidẽ physicum ab hoc spiritu animalẽ dici, siue vegetabilẽ, siue mineralẽ, atq; ita tres lapides constituunt. Animalem, si hic spiritus ex animalibus depromatur, videlicet, si lac, sanguis humanus, vrina, vel mel varijs distillationum circulationumq; modis subtilietur, donec

donec aurum & argentū soluat, & in liquorem deducat. Vegetabilem verò, si spiritus iste ex vegetabilibus sumatur, qualem existimant, quintam vini essentiam, chelidoniae, lunarię maioris, radicis frumenti, malucę & mercurialis, cœterarumq; herbarum, fruticum, vel arborum quę natura calidę sunt vel humidę. Mineralem autem, si aurū argentumue per mercurium in mercurium deducatur. Sed quoniam argentū viuum deleterię esse naturę, & venenum perniciosissimum, aurumq; per illud dissolutū venenatis eiusdem qualitatibus imbui existimant, studentes potius incolumitati corporis humani, quàm vilium metallorum in aurum argentumq; metamorphosi, conati sunt ex animalibus aut vegetabilibus aquas elicere, quibus aurum argentumue in liquorem resoluerent, eodemq; metalla imperfecta transmutarent. Quod quam absurdum sit & à veritate alienum, ex supradictis quilibet colligere potest cum ostensum sit nihil elixir intrare posse, quod non sit de metallorum natura & substantia, & quod corpora metallorū penetrare ac pervadere, atq; argentum viuum illorum sua affinitate retinere & ignea vi transmutare nequeat. Liquorem quidem saluberrimū cū quibusdam supradictorum, vel forte etiam alijs, addito auro vel eius tinctura componi, & aurum etiam in liquorem re-

150 De radicali humiditate ignea.

digi posse post calcinationem cum similibus concedo, quando auro eximia facultates sanitatis conseruandæ, lititię inducendæ, melancholicæ minuendæ & temperandorum quorumcunq; corporis humorum à natura collatæ sint, tamen eo liquore chrysopociam vel argyro, pœiam compleri, vanum est credere. Atqui concedamus mercurium toxici naturam in se habere; nemo philosophorum vnquam asseruis mercurium solum absq; auro vel argento metallorum impuritatem tollere, & ea in aurum argētumve mutare: imò axioma philosophorum generale est *nihil ignobilitatem metallorum posse tollere, nisi prius fuerit aurum vel argentum* Mercurius etiam & sulphur, cum sint lapidis extrema ab vna parte, in elixir completum quod est aliud extremum conuerti non possunt, nisi per sua media, mea autem sunt ipsa metalla. Cum igitur mercurius supra terram per artem, in mineris autem per naturam in argentum aurumq; conuertatur, qualitates proprias exuit quas ante concoctionem habuit, inducendo alienas, quas per digestionem acquisiuit, videlicet, primo argēti, deinde auri, & postremo Elixiris, q̄ auro 100000. salubrius & perfectius est. Vnde nulla mercurij venenata qualitas amplius timēda est cum in aurum & elixir conuersus sit, quod infirmitatem corporum tam humanorum quam metallorum tollit. Insuper cum philosophorum testimonijs, corpus, spiritus, & anima misce

*Mercurius per digestionem venenatam qualitates exuit.*

ri debeant per minima, vnumq; quid fieri ante elixiris complementū, quomodo hic spiritus siue ex animalib. siue vegetabilib. desumptus corpori & animæ, quæ è metallis petenda ipsimet confitetur, miscbitur per minima, cū diuersarum plane sint naturarum, nec sub vno genere comprēdantur? quinimò cū spiritus huiusmodi ne vel minimū quidem ignē ferat quin à corpore separetur? quo euascente, & animā à corpore separeri necesse est, cū per spiritū anima penetret, & in terrā ingressum habeat. Nec obstat quod Philosophi animam lapidis siue tincturam comparēt tincturæ tinctorū, cum dicunt, *animam deportari in spiritu, sicut portatur tinctorum tinctura per aquam super pannum, aquā recedere, & remanere tincturā in panno fixā, propter oleaginitatem.* Non enim ijs verbis demonstrare voluerunt philosophi spiritus euaporationē à corpore, sed quomodo spiritus vehiculū sit animæ, & quomodo auxilio spiritus anima in corpus reducatur. Quod manifeste colligere licet ex verbis Arnaldi de Villa noua ex Ros. cap. 11. desumptis. *Spiritus est in quo portatur tinctura aeris, quæ cum reducitur super terram albam foliatam, statim sicatur aqua spiritualis, & remanet in corpore anima, quæ est tinctura aeris.* Terram foliatam vocat sulphur perfectè mundatū & dealbatum. Et ne possit aliqua deinceps oriri dubitatio, addit expressè sequentia.

*Corpus, spiritum, & animam oportet vni in opere.*

*Comparatio anime lap. cum tinctura tinctorum.*

252 De radicali humidit. ignea.

Spiritus igitur retinet animam, sicut anima retinet corpus, quoniam anima non moratur in corpore nisi mediante spiritu: cum vero coniunguntur, nunquam separantur, quia spiritus retinet animam, sicut anima retinet terram. Tria dicit, quorum primum est, aquam statim succari: at si siccatur vna cum anima, non euaporat. Secundum, animam non morari in corpore, nisi mediante spiritu. Quod si verum est, necessario sequitur spiritum non recedere. Tertio subiungit hac tria nunquam separari, quia vnum est retinaculum alterius, neq; vllum eorum per se subsistere potest absq; mutuo adminiculo, cū hæc tria corpus physicum constituant, non secus ac humanum: ita vt locus nullus relinquatur spiritui animalium aut vegetabilium euanido.

Salium, atramentum & aluminum aquam spiritus vicem non posse supplere.

Sed fortasse aqua salium, atramentorum vel aluminum separatim vel coniunctim per solutionem siue distillationem procurata, spiritus isti solutiui locum supplere poterit? Quod an verum sit expendamus. Imprimis si calore balnei aut fimi soluta hæc addatur corporibus metallicis siue terræ philosophorum, cum primū ignis calorem senserint, subtilissimarum partium euaporatione facta, in sal atramentum, vel alumen redibunt, & sic densitate sua ingredi non poterunt, multo minus corporum compactam molem solvere, ac per minima commisceri & vniri. Si aqua è singulis vel coniunctis distilletur,

phlegma

phlegma eorum ab aqua communi non multum distabit: si spiritus eorum vrgeantur igne, & vase excipiantur, metalla corrodent, & naturalem terræ calorem igne suo contra naturam mortificabunt, & inutilem reddent ad animam suscipiendam, sine qua persistere non potest, nec metalli aut elixiris formam adipisci. Et quamuis his incommodis carerent, tamen quòd omnino in Elixiris compositione necessarium est, in sulphur conuerti non possunt, cum quod affinitatem cum eo nullã aut valde remotam habeant per naturam, tum quod paulatim ab igne enaporent. Idẽ de mercurij & sulphuris aquis diaphanis & transparentibus iudicium esto, quę quamuis principia sint quodammodo metallorum, tamen cum terram suam, in qua proportio illorum & virtus metallica latet, amiserint, in igne non magis quam antedicta perdurare poterunt, nec cum terra vniri denuo, neq; in terram conuerti, imò & istiusmodi aquę non minus corrosiuę sunt quam prædictę. De liquoribus lapidum, gemmarum, corallorum, cristalli, & similium, eadẽ censura erit, quia aut aquę simplicis aut salium naturam referent, cum ferè non resoluantur hæc nisi calcinata, & *omne quod soluitur iuxta sententiam hebrei, salis, aluminum & consimilium naturam habere debeat.* Sed argentum viuum vulgare

*Mercurij & sulphuris aque diaphane repræsentantur.*

*Liquores lapidum nullius in arte operamenti.*

146 De radicali humidit. ignea  
prout est in natura sua spiritus physici vi-  
cem fortè supplebit, cū sit propinqua me-  
tallorum materia? Quodquam verum sit,  
philosophi satis declarant, quiasserūt nul-  
lum argentum viuū à terra coagulari quod  
antea coagulatum non fuerit, at mercu-  
rius vulgi in mineris terræ nunquam co-  
agulatus fuit, proinde neque à sulphure  
siue terra purgata coagulari poterit: ha-  
bet enim nimis crudam, grossam, & indige-  
stam substantiam, quam vt ipsam penetret,  
& in naturam eius vertatur, aut cum anima  
miscatur eamq; in corpore detineat. Non  
inficior tamen quin auro vel argento solu-  
to iunctum post digestionem dicitam, sub-  
tilia horumq; modos philosophis vsitatos  
spiritus vice fungi possit, & in sulphur con-  
uerti, aliasq; omnes spiritus physici condi-  
tiones obtinere, in natura autē sua perma-  
nens, minime. At si vulgare argentum viuū  
prout est in natura sua, spiritum arti præbe-  
re non potest, quomodo mercurius anti-  
monij cæterumque marchasitarum, & thu-  
tiæ, & magnesiæ in examinè persistet, cū is  
sit multo ignobilior, contaminatior, mi-  
nusq; fixationi idoneus, imo proportione &  
mixitione elementorum, ac specie, ab hy-  
drogiro vulgari, aut metallorum mercu-  
rio plurimum differens, hæc cum ita se ha-  
beant, necessario ad argentū viuum metal-  
lorum recurrendum erit, cum id sit verum

*An argentū  
viuum vul-  
gare spiritus  
locum locū  
detinere  
possit.*

*Mercurius  
marchasita-  
rum in arte  
reprobatur.*

artis principium, & clavis vnica. Atq; hæc de radicali humiditate ignea, & alimentario humore siue aquæ elemento dicta sint, nunc ad reliquas medicinæ proprietates properimus, & ad quintam progrediamur.

DE PURITATIS CLARITATE  
MUNIFICATIVA, DANTE SPLEN-  
dorem eminentem, à combustione  
præseruante, nec adurente.

## Caput Quintum.

**Q**UO Axioma philosophorum, Imperfectū per-  
ficere non posse, nec immundum mundare, ex-  
plicatur; ostenditurq; aurum magis ab Elixiris per-  
fectione remotum esse, quam metalla imperfecta ab  
auro, ideoq; debere mundari & subtiliari magis quā  
per naturam depuratum & subtiliatum sit. Qualis  
puritas in opere requiratur, ac vnde metallorum ful-  
gor procedat, exploratur. Locus corruptus Gebri re-  
stituitur. Deinde num in alijs rebus ista puritatis cla-  
ritas deprehendi possit, examinatur. ac postremo  
num aurum & argentum per artem facta excedant  
aurum & argentum naturæ disputatur. Philoso-  
phorum propositio est satis nota Imperfe-  
ctum perficere non posse, nec immundum mundare.  
Quod non ita accipiendum est, quasi im-  
perfectū perfici non possit, aut immundū  
mūdari, id enim philosophorū auctorita-  
tibus, veritatiq; refragaretur. Sic nāq; Geber

Axioma philo-  
sophorum  
quomodo in-  
telligendum



*Perfectum imperfectum adiuuat, & perfectum in no-  
 stro magisterio per se perficitur, sine administratione  
 alicuius rei extraneæ, & imperfectum hoc eodem  
 magisterio perficitur. Et per Deum, se inuicem alte-  
 rant, & se inuicem perficiunt, & perficiuntur, & per  
 se tantum vnuquodq; perficitur sine alicuius admini-  
 culo. Quibus verbis Geber asserit elixir non  
 solum è perfectis corporibus componi pos-  
 se, verum etiam ex mistione horum cum im-  
 perfectis, imo ex ipsis imperfectis solis.  
 Nec dissimilia dicunt Rhasis & Aristot.  
 chymicus qui ex vnoquoq; corporum si prepara-  
 tione perfecta fuerint preparata, album vel rubrum  
 elixir constitui posse scribunt. Eadem cum ge-  
 ber affirmant Raim. Lullius, & M. Arnal-  
 dus de villa noua. Frustra etiam à philoso-  
 phis descripta essent tam varia artis regimi-  
 na, nec tam seduli & diligentes fuissent in  
 vasorum & ignium doctrina, nisi imperfe-  
 ctum perfici & impurum depurari posset.  
 Vanum etiam esset lapidis compositio-  
 nem tentare, etiam si ex auro vel argento so-  
 lo eundem elicere possemus, nisi eadē ma-  
 gis depurari possent, & subtiliari per artē.  
 Quamuis enim in gradu naturæ hæc metal-  
 lorum perfectio sufficiat, tamen si elixiris  
 sublimitatem & excellentiam respiciamus,  
 longius aurum ab Elixiris puritate & dige-  
 stione recedere videbimus, quam imperfe-  
 cta metalla ab auro. Quod vel inde collige-  
 re licet, quia imperfecta metalla in vna ho-*

*Ex omnibus  
 metallis la-  
 idem com-  
 poni posse.*

*Aurum ma-  
 gis ab elixi-  
 ris perfect.  
 distare, quā  
 met. imper-  
 fecta ab auro*

ra vel minori tēporis spatio in aurum per Elixiris admistionem transire possunt, aurum autem non nisi longò & prolixo tempore in elixir. Alioqui si mundities & perfectio illius sufficeret, caperemus id vt natura nobis dedit. Vnde Arnald. in Soliloquio. *Necessarium est quod elixir magis sit deperatum & digestum quam aurum & argentum, eo quod ipsum debet conuertere à perfectione diminuta corpora in aurum & argentum, quod ipsa facere nequeunt, eo quod non possint tingere, nisi in quantum se extendunt: quoniam nulla res dealbat nisi secundum suam albedinē, nec vlla res rubificat, nisi secundum suam rubedinem.* Nec obstat auctoritas Gebri alio loco dicentis *Corpora perfecta non indigere preparatione, cum perfecta sint, sed tantum vt magis subtilientur & attenuentur.* Quia Gebber respexit præparationem primam, qua indigent imperfecta ante eorum solutionem qua non indigent perfecta, cum humiditatem superfluam nigram & comburentem, ac terream fæculentiam immundam & grossam exteriorem non habeant, sicut imperfecta: sed tamen post solutionē non minus eorum calces & mercurium mundari debere, quam imperfectorum, philosophi satis attestantur. Passim enim cum quæritur *cur aurum & argentum solui debeant*, rationem aliam non reddunt, quam, vt separetur purum ab impuro, & vt terra ipsorum & mercurius in profundo seu radicatus

Gebri locus explicatur.

De Inuestig. Perf. cap. 10.

Aurum & argentum solui debent vt mundentur magis

dicatur

dicitur mundari possint: ad quam mundationem natura peruenire non potuit, quia simpliciter operatur. Cum igitur legimus apud philosophos. *Imperfectum perficere non posse, nec immundum mundare*, existimandum est eos nihil aliud his verbis innuere, quam quod nihil elixiris compositionem intrare possit nisi purum & mundum, & quod saltem in via & mota sit ad perfectionem summam & perpetuitatem adipiscendam, quod fieri non potest, quamdiu corruptio & immundities in materia hæserint: omne enim immundum & contaminatum corruptioni & ignis violentiæ obnoxium est. hinc Raim. Lullius. *Scito fili, quod cum nulla res imbuta corruptione possit pati vel tolerare ignem, nec ignis in se pati corruptionem. oportet quod lapis mundus magistraliter trahatur separatus ab omnibus immunditijs & fœculentijs corruptibilibus, antequam presumas eum fixare, quousque sit natura pura.* Quocirca lapis perfectus, cum nihil inquinatum in se recipiat, etiam si ad diem Iudicij in igne violentissimo detineretur, & ei omnes putrefactionum modi adhiberentur quot quot excogitari possunt tamen nec confunderetur, nec corruperetur. Solus tamen philosophus sciens eius constructionem, eiusdem quoque corruptionem nouit: & quamuis multitudine metalli alicuius ignobilis parua eius quantitas obruta esset, ita ut virtutem suam exercere non posset, tamen ex

*Omne immundum est subiectum.*  
Test. cap. 51.

*Lapis physicus incorruptibilis perennis*

eo etiam corpore inuiolatus & in corrup-  
tustandem prodiret, impuritate omni &  
superfluitatibus eiusdem metalli absump-  
tis, quamuis nõ in forma pulueris vt prius,  
sed auri purissimi, subtilissima & purissima  
eius metalli substãtia sibi adglutinata. Cũ  
itaq; puritas tanti in hoc opere sit momen-  
ti, non temere quinto loco inter medecine  
proprietas eam requirit Geber. Sed non  
solum vult, vt medecina pura sit, sed vt puri-  
tas eius sit clara & fulgens, & talis quæ mundifi. et,  
& det splendorem non vulgarem, sed eminentẽ,  
qualis est in auro & argeno postremo vt pu-  
ritas illa non adurat, sed à combustionẽ præseruet.  
Quæ sigillatim pertractanda sunt ad ma-  
iorem Auctoris nostri elucidationem.

*Qualis puritas  
in opere  
requiratur.*

In primis igitur puritatem desiderat in  
medicina Philosophus, omnium videlicet  
partium lapidis, tam spiritu alium quã cor-  
poralium, idq; vnanimi omnium philoso-  
phorum consensu : quia nisi pura &  
munda omnia fuerint, partes spirituales  
cum corporalibus non coniungentur, ne-  
que fieri poterit matrimonium humidi  
cum sicco. Si autem humidum à sicco non  
coaguetur, ad nihilum omnia redigen-  
tur. Vnde legimus in Turba. Corpora &  
spiritus non recipiunt se ad inuicem, ita quod spiri-  
tuale fiat corporeum, & contra, nisi vtraque  
sint ab omni sorde perfectissime depurata.

*Im-  
puritas  
inconmoda*

*Lib. secret.  
cap. 7.*

*Lib. perfecti  
magist.*

*Test. cap. 63*

*Depuratio-  
num modi  
duo potissi-  
mum.*

Et Calid: *Necessaria est in magisterio Tritio atq;  
cribratio, & mundificatio, & cum dulcibus aquis ab-  
lutio. Vnde qui aliquid huius operatus fuerit, mundi-  
ficet ipsum bene, & abluat ab eo nigredinem & te-  
nebras que apparent super ipsum, in eius operatione,  
& corpus subtiliet quanto plus poterit, postea misce-  
bit cum eo animas solutas, & spiritus mundos. Et  
Rhasis. Præcedit operationem perfectæ preparatio-  
nis quedam rerum purificatio, qua quibusdam mun-  
datio, à quibusdam rectificatio, à quibusdã ablutio, à  
quibusdam separatio nuncupatur, ipsa enim purio  
res rerum partes disgregat ab impuris, ut graviori-  
bus abiectis partibus, cum leuioribus opus complea-  
tur. Modi autem depurandi præscribuntur  
à Raim. Lullio duo potissimum. Distillatio  
videlicet & calcinatio. Sic enim ait. Necessè est  
quod post corruptionem lapidis compositum depure-  
tur ab omnibus suis immunditijs post separationem  
illius in quatuor elementa, per distillationem & cal-  
cinationem. Per distillationem autem spiri-  
tualia & volatilia, aqua nempe lapidis & e-  
ius oleaginitas mundantur, per calcinatio-  
nem terra, hinc eodem cap. subdit. Tibi di-  
cimus quod sulphureitates adustissimæ & corruptibiles  
beneficio calcinationis separantur, & penitus annihi-  
lantur, & per ignem & ab igne terra comminuitur,  
& multum per talem præparationem subtiliatur: &  
aqua à suis immunditijs depurantur per distillatio-  
nem, & subtiliantur, & in naturam vertuntur æræ,  
per leuigationem leuitatis. Geber videtur tri-  
plicem ponere purificationis modum cum*

*inquit*

inquit, *Metalla mundificantur & fulgida fiunt tripliciter. Per res mundificantes, aut per calcinationis & reductionis modum, aut per solutionem.* Sed Geber loquitur de mundatione imperfectorum metallorum ante eorum solutionem; Lullius verò de purgatione elementorum lapidis post solutionem. Quos depurationum modos cū superius explicauerimus, silentio hoc loco præteribimus: Illud tantum adijciētes per distillationes sæpius reiteratas subtilitatem summam, puritatemq; aquis metallicis induci, quæ quo magis subtiliari fuerint eo quoq; magis densantur: Cum itaq; puræ, mundæ & perspicuæ fuerint, sicut diximus eas esse debere, puritatemq; densatio accesserit, claræ euadent & fulgidæ, perspicuum enim condensatum nitet, & fulget. Nec aliunde metallorum fulgor oritur, quam ex aquis subtiliter terminatis & condensatis in ipsis. Ideo quæ subtiliorem habent humorem, puriorem & magis densum, magis quoq; fulgent & resplendent. Qua de causa hac parte præstat aurum, quod proximè sequitur argentum, mox æs, stannum, ferrum & plumbum. Albi etiam coloris in metallis causa est, vt aiunt philosophi, humidum mercuriale terminatum per siccum terrestre; multum subtile & fortiter digestum, hoc enim est albissimum, vt patet in calce vulgari, & propterea argentum fulget albedi-

*Fulgoris  
causa.*

*Metalloꝝ  
fulgor videtur  
oriatur.*

ne vera. Si verò metalla habuerint terrā la-  
 tulentam, nigram, impuram, vel fuligino-  
 sam illa etiam fusca erūt, nigra vel fuligino-  
 sa, vt in plumbo & ferro apparet. Quocirca  
 non tantū aquæ subtilitas in elixire qua-  
 rendā, verum etiam curandū vt terra pura,  
 subtilis, & bene digesta sit, vt perfecte pos-  
 sit desiccare suum humidum mercuriale,  
 nec nitore illius aut splendore adimere. Si-  
 nim vna pars lapidis nitida esset, altera obs-  
 cura, hæc obliteraret & impediret splendo-  
 re alterius. Propterea tandē etiā sublimanda  
 est, vt fiat vapor vnctuosus. *Nisi enim corpus ter-  
 re vapor fiat, nihil huius operis direximus, vt in-  
 quit philosophus quidā in Turba. Et alius,  
 Si sulphur non fuerit sublimatū substantiā ingredien-  
 tem. & virtutem penetrantem non habebit, & per  
 consequens ad verum elixir non valebit. Tertio se-  
 quitur, vt claritas ista sit mundificatiua, quod vt  
 melius intelligatur repetendum est metal-  
 la omnia in radicibus suis esse pura & mun-  
 da, sed per accidens esse corrupta, ex gene-  
 rationis videlicet loco, vel sulphuris ex-  
 tranei immundi accessione. hoc ipsum as-  
 firmante Gebro. Imperfectorum, inquit, & per-  
 fectorum substantia vna est vbiq̄, scilicet argenti-  
 vium & sulphur, quæ ante combustionem suam pu-  
 rasunt & munda. Et per hoc inuenimus corruptionē  
 imperfectorum accidentaliter superuenisse, quæ ma-  
 teria vna & corruptam deducit formam. Cū igitur  
 corruptio imperfectorum accidentalis  
 sit, & non radicalis, & spoliatio accidentis*

*Terram non  
 secus atque  
 aquā subti-  
 liandam &  
 sublimandā.*

*De inuestig.  
 perfect. c. vi.*

*De inuestig.  
 perf. cap.  
 3. & 5.*

possibilis sit, vt Geber etiam testatur, elixir quod nihil aliud est quã purissima argenti viui fixi, & sulphuris optime digesti materia fulgens & splendida, mundissimã & sui similẽ tantum appræhedit & tetinet metallorũ substantiã, relicta terrea & sulphurea, quæ de metallorũ compositione prima nõ est quæ simulatq; superfluitatibus sibi agnatis spoliata est, non minus fulgens & nitida euadit quã ipsum elixir, cum per se sit clara & munda, videlicet ex fumis purissimis & tenuissimis in terrę viscerib. creata, nisi propter sulphur adustibile, & terreitate immundam & fœculentã ipsius splendor obscuratus fuisset. Muudat igitur medicina ad ærendo simili & propinquo, separandoq; superfluũ & extraneũ quod de sua natura nõ est. Quarto requiritur vt det splendorẽ eminentem; Det videlicet per amotionẽ contrarij quod fulgorẽ eius offuscabat, vmbraq; inducebat. Splendorẽ eminentẽ, videlicet, non talẽ qualẽ metalla plæraq; in se habent, nõ omnia metalla præsertim polita aliquid splendoris cõtinent, sed qui excellat & præemineat, qualis est in arguento & auro, quæ splendore suo superant reliqua metalla, nõ secus atq; Sol & Luna in firmamento reliqua sydera. Quinto, vt ea puritas nõ sit adureus, videlicet, sulphureitate qua caret, cum omne sulphur externum adurat & aduratur. Sed à combustionẽ præseruans, humore

Requisit  
Flixere.

videll



164 De puritatis claritate  
videlicet suo radicali & mercuriali fixo, qui  
argentum viuum metallorū protegat, ne  
ignis in id agere valeat, inspisset etiam & fi-  
gat: talis enim humiditas sola ignem supe-  
rat, & ab igne non superatur, nec se in par-  
tes cōpositiones suæ diuidi permittit, quia  
cum tota sua substantia in igne permanens  
stat, & amicabiliter in eo quiescit, & eo gau-  
det, & cū quibus iungitur, conseruat. Vnde  
Geber, *Quæcunq; videmus plus ab adustione salua-  
ri, illa consideramus plus argenti viui naturam possi-  
dere: Ideoq; relinquitur ipsum argentum viuum esse  
perfectiuum, & adustionis saluatium, quod est per-  
fectionis vltimum.*

*Lectiois va-  
rietas.*

Vocabuli *adurentis* mētione occurrit ani-  
mo: sedices hoc loco variare. Vulgaris le-  
ctio sic habet. *Puritatis claritas mundificatio  
dans splendorem eminentem in combustione exi-  
stenti, non adurentis. Nam post consolidationem  
partium purificatarum relinquitur quod ignis  
etualis habet comburere omnes superfluitates extra-  
neas non consolidatas. Quæ si genuina est, quod  
non puto, non adurentis referendum vide-  
tur ad dictiunculam quæ præcessit, puritatis  
vt intelligamus puritatē illam nō esse adu-  
rentem siue mundantem per adustionem,  
prout purgāt sulphur, sal lateres, & similia,  
ignis adiutorio, nec fieri per opus aliquod  
chymicum, videlicet, calcinationem & re-  
ductionem, siue mundationē per pastillos  
aut cementationē, sed mere esse naturalē,*

& propriâ elixiri, quod coniungit se suo simili & puro, separatis superfluitatibus, quæ per ignem deinceps cõsumuntur. *In combustionne existenti*, scilicet metallo vel corpoti igni exposito & in periculo cõbustionis versanti, pel propter extranei sulphuris sibi adnati abundantiam, quod mercurium etiã fixum secum euanescere cogit, vel propter ipsius mercurij cruditatem & paucam fixationem: nisi forte per *combustionem* ignem intelligamus. Alius codex hoc modo legit. *Paritas & claritas mundificatiua, dans splendorem eminentem in combustionne existenti, non adiunctis post consolidationem partium purificatarum quæ relinquuntur, eo quod ignis, &c.* quasi diceret, *non adiunctis*, hoc est separatis extraneis, quæ non consolidantur cum purificatis, sed per ignem absumuntur. Et quodammodo rectius Quamuis autem utrumque exemplar constantissime retineat & legat, *in combustionne existenti*, puto nihilominus mendam irrepisse quod ita corrigi posse existimo, si scribatur, *à combustionne preseruans, non adurens*. Idque ex mente Gebri, qui cap. 1. eiusdem libri de eadem puritate loquens, his verbis utitur. *hec oleaginitas sit tanta puritatis essentia, & ab omni re combustibili sine adurente artificialiter mundata, quod omnia cum quibus per minima coniungitur non cõburat, sed à combustionne preseruet*. Alioqui quid sibi velit Gebri interpretes per hæc verba, *dans splendorem eminentem in combustionne existenti*, fateor me non satis intelligere, quã enim supra attuli inter-

quomodo  
cuius restitutus  
auctor  
iudicio.

pretationē, coacta est, nec mihi ipsi satis facit, quāuis alia vix esse possit, si vulgata lectio retinēda est, q̄ perspicaciorib. ingenij dijudicandū relinquo. Vt cūq; legendum, mens Gebri alia nō est, quā vt elixir nō modo sit purū & clarū, sed etiā vt puritate sua & claritate superabundanti splendorē eminentē & fulgentē inducat, corporū imperfectorū partib. puriorib. tanquā sibi similib. adglutinatis, separatisq; superfluitatib. extraneis, quę de cōpositione prima mercurij nō sunt, sed extrinsec⁹ accesserūt, quas deinde ignis consumit. Quę autē sint superfluitates metallorū, ex alijs huius lib. locis colligi potest, vt hic repetitione opus non sit.

Nūquā alia res extraneā fulgorē illū eminentē cōmunicare possint metallis vilioribus cōsideremus, & primū animalia & vegetabilia ortūq; ex ijs habentia examinemus. In quibus aqueū subtile esse non negamus, clarū & purū, & proinde naturā perspicui habere, quę proprie est materia coloris, fatemur: sed cū illud eorum humidū terreis partibus segregatū non sit condensatū neq; terminatū, fulgens & splendēs esse nō potest, multo min⁹ imperfectis metallis fulgorē suę splendorem inducere. Quod autē illorum humidū cōdensari nō possit, hinc patet, quia nullo ingenio aut arte terra illorū humiditati suę iterum vniri aut coniungi potest, quin per artē separetur, quod

*Mā. in alijs  
rebus quam  
in metallis  
splendor e-  
minens repe-  
riatur.*

in humido mercuriali contra est, quod terram suam nunquam derelinquit. Cum autem terra nisi humori mixta sursum ascendere & sublimari non possit, non sublimata autem obscuram & sordidam remanere necesse sit, profecto terra eorum fulgens & clara esse non poterit, proinde etiam aquae suae mixta illam quamvis claram & puram obscurabit, & splendorem impedit. At dicet quis, fex vini distillati & mellis. urine item & forte aliorum quorundam in sale redacta clarescit & sublimatur, proinde suum humidum clarum & perspicuum condensare poterit, & fulgorem in id inducere. Respondeo, sales hos dissolutos in aquae naturam transire quamdiu liquidi sunt, & non posse aquam ita per hos condensari ut ab ea non separetur: quia aqua euaporat, & sales ab ea separati grossitiam & densitatem retinent, qua corpora metallica ingredi prohibentur, imo sales istiusmodi volatiles supra corpora igne liquida facta proiecti recedunt: si autem cum humido suo permaneant, simul euaporant, nec intrant, quia a metallorum natura aliena sunt, & nullam alterationem corporibus imperfectis imprimere possunt. Idem de sale gemmae & armoniaco, atramentis & aluminibus. & id genus alijs quamvis perspicuis & intentibus. aut ad perspicuitatem aut nitorem accedentibus iudicandum, quae densitatem suam retinentia propter grossitiam & a metallis differentem substantiam ea ingredi aut penetrare non possunt,

*Questio**Solutio*

*Sales atramentis, & aluminibus fulgorem non posse alijs communicari.*

imo calcinant & comburunt. Si verò aquæ & olea ex ijs distillentur, terra eorum in fundo remanet, aquæ suæ nunquam denuo commiscibilis, ita vt simul vniri possint: aqua igitur absq; terra euaporabit, terra absq; subtilitate aquæ non ingredietur. Et proinde sales omnes, alumina, & atramenta, ad fulgorem imperfectis metallis inducendum inutilia, cum terra eorum et si antea ex pelluciditate aquæ suæ aliquid nitoris & claritatis habuerit, eandem per abstractionem amiserit, & quamuis non amississet, tamen ea magis grossa est & crassa quam prius aquæ suæ cōiuncta & vnita, quod inde cognosci potest, quia postea neq; aqua neq; igni resistit, nisi forte fusione vitrificatoria. Corpora tamē imperfecta & calces eorundem per hæc purgari à sulphure extraneo, terraq; superflua, atq; auro & argento intensiorem rubedinis & albedinis colorē conciliari scimus, sed internam metallorū substantiam propterea non mutant.

*Lapides & gemmas claritatem metallis insundere non posse.*

At gemmæ, margaritæ, coralli, cristallus & vitrum aut fluores metallici, quorū quedam perspicua sunt & splendida corporibus metallicis fulgorem impartientur? Nihil certe magis quam prædicta, nam propter dissimilem à metallis essentiã & grossitiem non modo ea penetrare, sed ne adhærere quidem ijs possunt. Si verò calcinantur, splendorem suum amittunt, & in calcem

calcem aut salem rediguntur, qui non magis rebus prænominatis penetrabit: si verò post calcinationem solvantur, adhibito calore in corpus redibunt, & densitatē retinebunt priorē. Elixiris autē materia quo magis igne exercita fuerit periti artificis industria, eo maiorē claritatem penetrandi quē subtilitatem acquirit.

Sed fortē marchasitæ claritatē hanc metallis imperfectis immittent, pondus enim & splendore, aut saltem scintillas quasdam splendidas & fulgentes metallicā naturam referentes habent. At neque hæ profecto, constant enim corpore denso, tam lapideis quam metalli naturam referente, ideo quæ inter media mineralia cōuenientissimè cōnumerantur, quæ quamdiu in sua densitate permanent, metallis liquefactis & argento viuo supernatabunt, nec ingredientur, aut alterabunt: Si autem ea subtiliare velimus per ignem, lapidea pars in calcem redigetur, sulphurea comburetur, mercurialis euanesceat nec enim liquantur, cum materiam crudā & colorem metalli tantūmodo obtineant, non speciem. In calcē igitur redactæ marchasitæ splendorem amittunt, perindeque est, ac si nūquam habuerint, deinde neque eo modo penetrabiliore factę sunt. Frustra igitur illorum fulgor quæritur, & in ijs subtiliandis labor perditur. At si in marchasitis splendor & claritas à Gebro

*An marchasitæ claritas alijs possint immittere.*

requisita non reperitur, multo minus in alijs eius generis medijs mineralib. magnesia videlicet & thutia aut etiam bauracibus quæ tantum fulgorem non habent & depurari omnino non possunt. Sed spiritus chymici Sulphur scilicet, arsenicū, & argētum viuum claritatis splendore metallis vilioribus inducent? habent enim in natura sua aliquid fulgidi, quod per artem quoq; intendi potest, & augeri. Sed hos non fixos diximus sæpè non posse vtiliter metallis adherere, quia calorem ignis facile fugiunt, & quod peius est, sulphur & arsenicum metallamina comburunt. Si vero figantur, in terram substantiam rediguntur nõ fluentem in penetratē. Si tamen figi possent absque eorum in terrā conuersione, ita ut metallicam dent fusionem, lapidem quendam metalla tingentē ex ijs fieri posse non est dubitandum. Sic enim de Sulphure & arsenico Geber. *arsenicum est albedinis tinctura de facili, rubedinis vero difficulter: sulphur vero rubedinis de facili, albedinis autem difficilime.* Et de argento viuo idem Geber. *Figitur & est tinctura rubedinis exuberantissime refectionis, & fulgidi splendoris, & non recedit à commisto, donec est in natura sua.* Sed cum hæc opera laboris sint maximi, foetoris intolerandi, & experimenti periculosissimi, consulerem potius cum philosophis vt quisque in auro &

argen-

*Et spiritus chymici metallis ignobilibus possunt claritatem & splendorem dare.*

*Sum. perfect. cap. 29.*

*Sum. perf. cap. 30.*

argento operam impendat, quibus, ut iidem asserunt, insunt radij lucentes & tingentes cetera corpora albedine & rubedine vera, secundum quod fuerint preparata.

Imperfecta metalla quamuis in compositione sua prima fulgidi quippiam contineant, cum eorum materia non sit alia quam auri & argenti, videlicet ex fumis subtilissimis & claris constans, tamen sulphuris extranei & foeditatis terrestres accessione ex causa loci mineralis ita corrupta sunt, ut Geber testetur nihil fulgidum in ijs inueniri, ideoque existimandum est ex illis fulgidam substantiam quæ elixiris martiam, hoc est, mercurium & sulphur tingat & illustret, omnino non aut vix esse posse. Quod si verum est, frustra conabimur per vnum eorum alteri fulgorem inducere.

Quod tamen intelligendum est, quamdiu foeditatis aliquid in se retinent; nam cum ab ea perfecte mundata fuerint, ad auri & argenti perfectionem & claram splendentemque naturam deduci possunt, vel ipso Gebro teste, cuius hæc sunt verba. Cum corpora imperfecta per nostram experientiam & per ingenium nostrum vidimus preparata, & mundata ab omni superflua corruptione & immunditia fugitiua & terrestri liberata, inuenimus ipsa maioris claritatis & fulgoris seu puritatis

*Imperfecta corpora quamdiu corruptionis aliquid in se habent non posse alijs claritatem tribuere.*

*De Inuestig. perf. e. vlt.*



An aurum  
& argentum  
artis, exce-  
dant natura-  
lia.

quam ipsa corpora naturaliter perfecta. Dicit ma-  
ioris claritatis puritatis & fulgoris, non quod in-  
intelligat metalla ignobilia per elixir trã-  
mutata puritate & fulgore excedere au-  
rum vel argentum per naturam genera-  
tum, quod fieri non potest, cum ars non  
nisi satis difficulter naturã imitetur, & suf-  
ficiat aurum & argentum artis in eodem ef-  
se perfectionis gradu cum naturalibus, sed  
quod eorũ materia præparata & mundata  
possit fieri elixir, quod in suis principijs  
multo perfectius est, & puritate, claritate  
& fulgore magis exuberat quã argenti  
vel aurũ naturæ, auxilio tamen oleaginita-  
tis & animæ, vt diximus, ex perfectis corpo-  
ribus præmissimum petitæ. Alioqui si Geber  
indicare voluisset metalla imperfecta per  
elixir transmutata in aurum vel argentum  
esse maioris puritatis & fulgoris quam na-  
turaliter perfecta corpora, nõ faceret men-  
tionem præparationis & mundationis, sed  
diceret, cum vidimus imperfecta cor-  
pora conuersa, vel mutata, vel aliquid si-  
mile.

questio

Sed refragabitur quispiam, & dicet.  
Philosophi sæpe asserunt aurum & argentum  
suum non esse aurum & argentum vulgi. Item: au-  
rum & argentum suum excedere aurum & argen-  
tum naturæ, quoniam additur eis additio magna in  
sintura & perseuerantia in igne, & in proprietati-

*bus actionum, & multarum utilitatū ad omnem infirmitatem expellendam.* Respondeo. Ab vna *Solutio* extremitate ad aliam transitum non fieri, nisi per media: Mercurius igitur & sulphur quæ materiam præbent, & lapidis extrema sunt ab vna parte, non possunt elixir fieri completum, quod est aliud extremū, nisi prius transierint per media, quæ sunt metalla: quo circa prius conuertenda sunt in argentum deinde in aurum, quæ cum sint in via & motu maioris perfectionis adipiscendæ, & tandem fieri debeant medicina quæ imperfecta conuertat, merito dicuntur argentum & aurum philosophorum non esse sicut vulgaria, imò excedere aurum & argentū minerale, quia ~~vide~~ cet puriora & subtiliora sunt, & in quibus totius rei cardo vertitur, spiritualia, ita vt illorū perfectio mirum in modum intendi possit, iuxta arbitrium artificis, quod auro & argento vulgaribus ademptum est, quoniam sunt corpora mortua, & nullam possunt exercere actionem, nisi spiritualia prius facta fuerint, purgata, & digesta, sicut hæc philosophorum. Quod ipsum aperte indicat Aros philosophus ad Regem Nephet, in hanc sententiam scribens. *In nostro lapide sunt sol & luna in virtute & potentia, ac etiam natura, quia si hæc in dicto lapide non essent, non fieret inde sol & luna; & tamen ipse sol in lapide existens, non est sicut sol communis, nec*

Comitis Ber.  
parabola ex-  
plicatur.

*luna eodem modo sicut luna communis, quia sol & luna existentes in dicta confectione sunt meliores & subtiliores, quam sint manentes in ipsa natura vulgari. Id ipsum quoque ex parabola Comitis Bernardi facile intelligi potest, qui introducit regem balneum fontis ingressum se veste aurea primo omnium exuere, quod fit in solutione seu ipsius in mercurium conuersione, & tradere illam Saturno, dum videlicet per putrefactionem denigatur, deinde Ioui & Luna, Veneri, Marti ex ordine, & demum soli flauo qui, illam diebus 40. asservat & custodit. Quo medio temporis intervallo auri natura prepollet in elixir materia, sed quia tum tantum est in gradu maturatione, non potest alia corpora tingere, nisi ulterius ad gradum coloris & virtutis altioris promoueatur. Quocirca addit Comes in Allegoria sua postea Solem pulcherrimum & sanguineum coloremque habentem papaueris rubri siue siluestris, seu croci sicci, superuenire, qui regis veste se amicit, eamque retineat.*

Alia obiecta.

Sed obicitur preterea alius, & interpretationem meam cavillabitur prolatis in medium. Verbis M. Arnaldi de Villa nova ex Ros. pet. ubi sic ait. Projice unum pondus ex eo (scilicet elixire Lunari) super mille partes mercurij sale & acido abuti, & fiet pura luna, melior quam de minera. Et cap. sequent. eiusdem

Part. 2. cap.  
87. & 28.

dem libr. Projice unum pondus de ipso (elixire solari) super mille partes Luna vel mercurij abluti cum sale & aceto, & fiet sol verissimus in omni examinatione, & melior valde quam de minera productus. Quibus Arnaldi verbis bis repetitis videtur interpretatio verborum Gebri quam attuli infringi posse, & ostendi aurum arte & per elixiris admistionem factum melius esse naturali.

Possent sanè non exercitatum & philosophorum loquendi formulas ignorantem sententia & loco mouere tanti Doctoris verba.

Sed faxo uti spero, ut dilucide omnia Dilucida appareat quid sibi velit in locis philosophus. Affirmant omnes huius scientie professores, & ipsemet quoque Arnaldus. Ros. cap. 2.  
Unum pondus elixiris perfecti tingere mille millia mercurij vel cuiusvis corporis imperfecti in verum argentum vel aurum. quod etiam exemplo comprobatur capit. 31. dicens. Recipe centum partes mercurij abluti cum sale & aceto, & pone super ignem, cum autem ceperit feruere, pone vnā partem elixiris preparati super centum illas partes mercurij, & fiet totum medicina super alium mercurium ablutum. Deinde projice vnā partem istius medicina congelata super centum partes mercurij in crasibulo feruentis ad ignem, & fiet totum adhuc medicina. 2.

*medicina ultimo congelata super centum partes  
 mercurij abluti, & fiet totum aurum vel argentum  
 in omni iudicio, secundum quod primum fuerit elixir  
 rubeum vel album preparatum & compositum. Tres  
 lapidis proiectiones (quas quidam multipli-  
 cationes satis male existimant, non viden-  
 tes elixir virtute & potentia diminui prima  
 statim proiectione, & multo amplius se-  
 cunda) proponit Arnaldus. Primo enim  
 (capiō certum pondus pro incerto) drach-  
 mam vnam elixiris supra centum drachmas  
 mercurij abluti proijcit. Secundo centum  
 has drachmas centies multiplicat, nam dicit  
 proyce vnam partem istius medicine congelata  
 super centum partes, atque ita sunt decem mil-  
 lia drachmarum, Tertio decem hæc millia  
 centies multiplicat. Ex qua computatio-  
 ne vna drachma elixiris deprehenditur  
 conuertere decies centum millia drach-  
 marum mercurij. Iam cum superioribus  
 cap. Arnaldus dicat vna parte elixiris albi  
 vel rubei conuerti mille partes argenti vel mercurij  
 in argentum vel aurum melius quam de minore  
 producat, non intelligit vltimam & fina-  
 lem conuersionem lunæ, vel mercurij  
 in aurum vel argentum compactum  
 & densum, sicut est aurum vel argen-  
 tum fornacibus liquefactum, & in cor-  
 pus siue massam reductum, sed tantum  
 mille illas partes mercurij vel lunæ in  
 puluerem redigi vi & virtute elixiris,*

vel

vel vt dicit Arnald. *in medicinam*, quæ nihil aliud est quam aurum & argentum, sed in forma pulueris, qui vltterius potentiam suam exerere, & cuius singulæ partes in mille alias adhuc diffundi possunt, & sic excrescere ad numerum elixiris perfectum, qui est decies centenorum millium. Et ea sola intentione dicit Arnald. locis supradictis illud *aurum & argentum melius esse argento & auro de minera producto*. Ideoque etiam præter rationes prædictas vocantur *aurum & argentum philosophorum*: quoniam vt subiungit postea Arnald. *additio magna in tincturis adest, & perseverantia in igne, & etiam maior virtus & utilitas in infirmi talibus emendendis, quam in auro & argento mineralium*. Quæ comprobantur satis verbis eiusdem Arnaldi supra descriptis. Nam postquam ostendit vltimam virtutem elixiris, & eius finalem proiectionem, simpliciter addit, *fiet totum argentum & aurum in omni iudicio, quod & verum est*.

Aurum & argentum per artem facta eundem gradum perfectionis obtinere cum naturalibus.

Proinde non est existimandum cum plærisq; aurum & argentum per Elixir facta meliora esse naturalibus, sed eodem gradu consistere, & eadem examina perferre posse, easdemque facultates possidere, nec plures aut pauciores. Explicauimus quintam lapidis conditionem, puritatis nempe clari-

tatem & fulgorem, reliquum est vt de sexta  
agamus, de qua in Cap. sequenti.

**DE TERRA FIGENTE, TEMPERATA,  
TENVI, FIXA, INCOM-  
bustibili, &c.**

**CAPVT VI.**

*In quo de tertio Lapidis elemento, terra videlicet agitur, eiusq; diffinitione ac proprietatibus, vnde peti, quibusque modis acquiri possit, & postea mundari atque preparari. In arte necessitas proponitur, & an aliunde quàm è metallis educi possit, excutitur. Item de fixatione, figendiq; rationibus tractatur, & quomodo omnia tandem Lapidis elementa in terram verti debeant, ostenditur.*

**Spiritus ac  
corporis  
officia.**

**S**IC VT actiua non possunt suas virtutes demonstrare, nisi passiuis sociata fuerint, ita nec spiritus minerales, nisi corporibus coniungantur. Spirituum officium est, corpora soluere, abluere, mundare, viuificare: corporum contra, spiritus coagulare, mortificare, & figere.

Per corpora autem siue corpus hoc loco nihil aliud intelligo, quam terram, quam *figentem, temperatam, tenuem, subtilem, fixam, incombustibilem, dantem fixationis permanentiam in solutione adherenti secum, stantem & perseverantem contra ignem* esse vult Auctor noster. *Figentem* scilicet fixatione quadam, sed non perfecta, imo *aptam potius ad figendum*, vt ait Cap. primo, in principio scilicet operis, quia tunc terra cruda admodum est & indigesta, nec lapidis partem alteram volatilem figere potis est, sed tantum coagulare, cum ipsamet fixa & incombustibilis non sit, sed corruptioni & combustioni adhuc subiecta. Vnde Philosophi nos monent sedulo vt ab igne vehementi caueamus operi. *Initio*: paulatim enim terra hæc digerenda & igni assuefacienda est, vt postea vehementissimum tolerare possit, post mundationem videlicet suam & subtiliationem iam fixa & incombustibilis facta, & ideo potens etiam fixationis permanentiam dare spiritui in solutione secum adherenti, quod ante suam ipsius fixationem non poterat. Idque Geber tanquam per gradus quosdam ascendendo solertissime indicat. *Temperatam*, cōuenientibus digestionibus & decoctionibus præmissis, quia terra hæc, vt attestatur Lullius, *in principio natiuitatis sue frigida & sicca est in quarto gradu, & substantia eius pōtica & astrin-*

Qualis terra desideretur in arte.



Vest. cap.

54.

Terra frigida operis initio per digestionē temperata euadit.

*gens*, sed per digestiones & decoctiones debitas de natura in naturam mutatur, & de sapore in saporem, ita vt tandem temperatissima euadat.

*Tenuem*, quæ per artis conuenientia regimina crassitiem omnem & spissitudinē corporalem exuerit, terreamque fœculentiam deposuerit, subtilisq; reddita subtilitate sua corpora metallica liquefacta celerrime peruadat, & alteret. *Fixam*, cum proprio radicali humore, & fermento albo videlicet vel rubeo, ignis regimine paulatim augmentato. *Incombussibilem*, post amotionem nempe pinguedinis & vinctuositatis, quæ spiritus in eo coagulationē impediēbat, terram ipsam inuincibat, & vstioni obnoxiam reddebat. *Dante*: *fixionis permanentiam in solutione adherenti secū*. Hoc est, figentē omnimoda fixationē partē lapidis spiritualē & volatilem, quæ terram soluendo adhæret, & miscetur cum illa inseparabili vnione. Aut, per solutionem intellige liquefactionem metallorum, quod huius artis scriptoribus nōnunquam vsitatum: dum videlicet elixir perfectum & in terram redactum metallis vilioribus liquefactis superiectum illorum argentum viuum peruadit, relicto sulphure externo corruptionis causam adducente, quod sentiens amicam & propinquam sibi naturam, illi libenter adhæret & commiscetur. Hic

admo

admonendus iterum Lector codices varia- Librorum  
 re. Communiter sic legitur, *dans fixationis per-* varietas.  
*manentiam in solutione adherentis cum eo.* Sed ut  
 ingenue fatear non intelligo quid sit *fixo ad-*  
*herens in solutione*, deinde non video quo re-  
 ferendæ sint duæ hæ dictiunculæ, *cum eo*. A-  
 lius liber habet, *dans fixationis permanentiam,*  
*in solutione adherens, secum stans & perseue-*  
*rans.*

Sed nec ista videtur genuina læctio,  
 præire tamen potest ad veritatem eruen-  
 dam. Ut enim legenduma dmittamus, *in*  
*solutione adherens*, ut intelligamus terram  
 adhærere soluenti se, nescio quid sibi ve-  
 lit quisquis ita scripsit, cum dicit *terram*  
*secum stare & perseverare*. Itaque existi-  
 mo omnino, prout superius scripsi, le-  
 gendum, *in solutione adherenti secum*, vi-  
 delicet rei vel parti lapidis spirituali vel  
 argento viuo corporum imperfectorum, **Quomodo**  
 ut dixi, iudicium tamen aliis liberum su- legendum  
 per ea re relinquens, cum non temere alio- auctoris iu-  
 qui librorum chymicorum correctioni dicio.  
 mans admouenda sit. *Stantem & perseveran-*  
*tem contra ignem*, idem intelligit quod supra,  
 cum dixit, *fixam & incombustibilem*, sed secun-  
 do id scribit ad maiorem certitudinem, &  
 ut sciant omnes terram hanc perfectam &  
 omnino completam, quæ nihil aliud est  
 quam elixir, sicut ipsamet fixa est & incom-

bustibilis, ita etiam metalla imperfecta in  
 verum aurum & argentum commutare,  
 quæ omnia ignis examina perferre possunt.  
 Atque hæc quidem pro expositione siue ex-  
 plicatione textus & verborum Gebri dicta  
 sufficiant. Nunc porro terræ diffinitionem,  
 proprietates. mundationem, fixationem, &  
 vnde peti possit, perpendamus.

Terræ appellatione nihil aliud intelli-  
 gunt Philosophi, quam sulphur, quod cum  
 argento viuo omnium metallorum mate-  
 ria dicitur, & eadem ratione, elixiris, cum  
 ipsum nõ fiat nisi ex eadem materia ex qua  
 aurum fit & argentum, sed eo magis purifi-  
 cat, quo ipsum auro & argento præstat.  
 Nominant autem Philosophi hoc sulphur  
 terram plures ob causas, quarum vna est,  
 quod in principio operis qualitates terræ,  
 frigiditatem scilicet & siccitatem summam,  
 vt dictum est, obtineat, quamuis postea tem-  
 perata euadat, quinimo in fine ad ignis acti-  
 onem accedat, & in ignem quodammodo  
 respectu potentia suæ transeat. Secunda est,  
 quod sicut ex spissitudine trium elementor-  
 rum & præsertim aquæ terra concreta est, &  
 facta subiectum & fundamentum reliquo-  
 rum, ita in arte sulphur. Tertia est respec-  
 tu finis, quo omnia fugientia & non fixa in  
 terram vertuntur *figentem & fixam*. Quarta  
 quod

Cur sulphur  
 philosophis  
 terra dica-  
 tur.

quod non potuerint aptius lapidis compositionem describere aut docere Philosophi, quam per elementorum diuisionem, in qua calidum ignis, humidum aëris, frigidum aquæ, siccum, ponderosum, & graue terræ denominatione intelliguntur. Quamuis autem in lapide philosophorum, imo in omni mixto quatuor admistionem conueniant elementa, duo tamen eorum sunt inclusa, vt ignis & aër; duo includentia, vt terra & aqua, & ideo in omni mixto inuenitur superabundans terra & aqua. *Hæc duo videntur & palpantur, eorumque virtus & opus scitur, vt dicitur in Turba, & cognoscitur: alia vero duo nec tanguntur nec videntur, nec virtus eorum percipitur, nisi in duobus prioribus.* Ignis & aer sunt principia magis formalia & mouentia, aqua & terra magis materialia ac quietem facientia & fixationem iuuantia. Tamen sicut virtus formæ non apparet nisi in materia, in qua inclusa est, ita ignis & aer non nisi in aqua & terra. Cum igitur inclusa sunt fortia, includentia vero debilia, tunc mixtum facile corrumpitur, quia principia formalia exhalant per quæ datur forma, color, sapor, odor, ac similia & materialia remanent, quamuis non omni calore priuata. Si contra, includentia dominantur inclusis, non facile corrumpitur mixtum, quia propter fortitudinem includentium inclusa non fa-

In lapide  
quamuis  
4. sint elem.  
duo tamen  
videntur  
tantum.

cile resoluuntur. Si autem ambo debilia, tunc vna pars elementi non potest aliam retinere; cum vero virtute ac potestate æquatur elementa, secundum omnem modum naturæ possibilem, tunc pariter inuicem continent & continentur, & pars minima cuiusque temperatur, ligatur, & retinetur à suo compari & contrario æqualiter, & fiunt omnia vnum absque diuersitate, & perpetuatur multum, cum nulla sit repugnantia elementorum componentium, nec contrarietas, sed identitas & homogeneitas totalis. Idcirco aurum propter temperantiam & æqualem omnium elementorum compositionem incorruptibile per naturā creatum est, quod nec ignis minuit cætera omnia consumens, nec aer, aqua, aut terra foedant aut destruunt. Ad cuius exemplum lapis per artem dirigendus & componendus est, vt omnia elementa æquatione vera secundum omnem naturæ possibilitatem conueniant. De quo Rhasis loquēs de elementis lapidis apparentibus, aqua videlicet terra. *Cū alternatim congruo modo desponsantur, generatur ab eis substantia temperata, quā non potest ignis violentia superare, nec terra foeculentia vitare, nec æque limositas contaminare, nec contactus aeris obumbrare.*

Lib. perfect. magist.

Igitur neque terra nec aliud elementum simplex aliquid utilitatis in arte confert, sed

sed omnia elementa depurata coniungenda sunt, & æquanda perpetuo; quod fieri non potest, nisi artifex elementa simplicia penitus cognoscat, antequam eorum diuisionem & compositionem incipiat, absque quorum notitia labor omnis artificum cassus. Dicimus itaque in hac arte elementa visibilia & palpabilia, esse humidum & siccum, id est, aquam & terram, in aqua esse aerem, in terra ignem.

Simplicex elementum in arte non prodest.

Sed vetus est controuersia quod elementum primum & radicale sit in arte, vnde elementa reliqua originem trahant, Aii enim aquam dixerunt, respectu, vt equidem puto, liquefactionis metallorum, & quia priusquam coagulentur aqua fuerunt; alij vero terram. Vnde hermes *Terra est mater elementorum, omnia de terra facta sunt, & ad terram conuertuntur.* Et Senior. *Terra est mater elementorum, & mater colorum, & mater duorum fumorum, & est totum, & ex ipsa trahitur totum, quo indigemus in opere.* Raim. Lullius. *In terra debes fixare elementa, in qua opus est vt portetur fumus auri nostri tanquam ad primum elementum, quod est omnium aliorum subiectum & fundamentum.* Idem alio loco. *Substantia aeris exiuit à substantia aquæ, sicut aquæ substantia, exiuit à substantia terre. Quare apparet quod à terra exiuit tota lapidis nostri substantia mirabilis.* Quorum sententiæ magis accedo, parum

Quod elementum primum sit in arte.

Terræ diffi-  
nitio.

Diffinitio-  
nis explica-  
tio.

Test. cap. 56.

enim nobis prodesset aqua viscosa, quæ pri-  
ma metallorum est materia, aut argentum  
vium, nisi idem coagulatum fuisset, & in  
terræ speciem redactum. Aliorum tamen  
opinio non est repudianda, si sane intelliga-  
tur. Igitur de terra loquentes, dicimus cum  
Raim. Lullio ipsam esse ens metallicum in quo  
virtus mineralis spiritus quiescit. Dixi ens me-  
tallicum, ad differentiam sulphuri vulgaris  
aut alterius terre cuiuscunque ex medijs mi-  
neralibus, lapidibus, animalibus aut vegeta-  
libus petitiæ, quia quamuis terra hæc sulphur  
dicitur respectu materiæ primæ metallo-  
rum cum argento viuo, tamen sulphur in  
tota natura sua non est, sed quasdam habet  
qualitates sulphuris in initio, scilicet, vn-  
ctuositatem cremabilem, & odorem foeti-  
dum, vnde nõ raro menstruale foetēs à Lul-  
lio nominatur, quæ tamen accidentia cum  
sint, & non in natura innata, artificio tollun-  
tur. Hinc Raim. *Sulphur nostrum non est sul-  
phur in tota natura sua, quoniam si esset sulphur  
cremar et substantiam argenti viui per eminentiã  
suæ dominationis: Et ideo virtus sulphuris non do-  
minatur super virtutem argenti viui, nec potest  
ipsius claritatem metallicam cõsumere specificam,  
sed solummodo congelat eam & fixat vsq; ad gra-  
dum potestatis suæ virtutis sub conseruatione spe-  
ciei mineralis. Præterea si substantia ista terræ  
seu sulphuris metallica sit, necessario aut me-  
tallum*

tallum erit, aut è metallis deprompta. *Mineralem spiritum* vocat aquam seu argentum viuum, cuius virtus in terra quiescit, cum terræ suam virtutem communicat efficiendo eam fluentem & liquidam per vnionem suæ naturæ: terra enim quæ antea per priuationem suæ humiditatis non fluebat, nec liquefactionem dabat, postquam argentū viuum cum ea coagulatum est (cuius proprietas est fluere, & fluxum reddere, & ab igne conseruare) fluit & denūo metallicam naturam assumit, quam ex parte perdidit. Sed melius interpretabimur per *virtutem mirabilis spiritus* vaporem mineralē è terra egredientem, cuius virtute argentum viuum coagulatur in sulphur, & postea in metallum & elixir perfectum. Qua intentione sulphur Lullio dicitur nonnunquam *matrix* siue *vas philosophia*, in quo natura virtus diffunditur. Virtutes enim terræ ad se conuertentis aquam siue argentum viuum, primo intrant substantiam ipsius & alterant eam, illique dominantes tenent, corrumpunt, & in terrā siue sulphur conuertunt, non secus ac virtus lapidificatiua cum diffunditur in aliquo loco, siue sit aqua, siue terra, materiam quam tangit primo alterat, & postea dominans eidem, tenet eam, & postquam tenuerit ac vicerit, conuertit eam in lapidem. Idque voluit Raim. Lullius dicens. *Sulphur non est ex-*

Qua ratio-  
 ne argentū  
 viuum in ter-  
 rā vertatur

Art. intel-  
 lect. c. vlt.



terminabile, quum non sit nisi vapor & actio aëris & ignis. De hoc vapore Idem in codicil. Generaliter terra in se continet fumū illum tenuissimū, subtilissimū & insensibilem congelantē argentum viuum de sua propria natura & substantia existens. Proprietas itaq; huius terre siue sulphuris est, vt patet ex antedictis, aquam suam siue argentum viuum attrahere, deficcare, cōgelare, retinere, depurare & figere. vnde, corpus, hoc est terra, dicitur iu Turba habere maiorem vim fratribus suis, scilicet, spiritu & animo. Virtus enim eius ita fortis est, vt post purgationem cōuenientem spiritum & animam retineat, nec de cætero separari sinat. Quod inuans Plato in suis quartis, non retinetur, inquit, res nihil à fortiori illa. Morienus. Omne corpus quod animā inuenerit, facile illam occupat. Et Rosar. Anima vinculum est spiritus sicut corpus vinculum est animæ: corpus fixum est & siccum, retinens animam & spiritum. Dixi terram proprietatem habere attrahendi retinendi, discandi, depurandi & figendi, nunc qua ratione hæc præstet examinemus. Attrahit itaque primo ratione similitudinis & propinquitatis, quia & sulphur & argentum viuum vnus sunt naturæ & substantiæ, quamquam in hoc humiditas maior, in in illo siccitas. Vnde Pythag. in Turba. Scitote quod res quam multipliciter narrauerunt philosophi suum absq; igne socium consequitur, prout lapidem magnetis

Terræ proprietates.

Qua ratione terra attrahit.

netis cōsequitur ferrum. Et ibidem Theophilus. Notandum quod si fuerit propinquitas inter ferrum & magnetem, inter as & aquam permanentem propinquior est affinitas. Item Belus. Theophilus vobis significavit inter magnetem & ferrum esse propinquitatem, similiter inter as philosophorū. & aquā eorum permanentem, quorum utrumq; scilicet attractivum alterius sit. AEs autem philosophorum nihil aliud est quam sulphur & terra, quamquam non raro etiam pro corpore metallico copiat, unde sulphur elicatur, De quo Eximenus in Turba. Scitote filij doctrine quod non sit tinctura vera, nisi ex are noster vel etiam pro ipso argento viuo, seu aqua lapidis. Sicut illud Hyargi, ibidem, Aes de quo predixerunt philosophi non est as nec stannum vulgi, verum corpus nostrum, quod oportet corpori magnetis commisceri ut coquatur & teratur absque radio. Vocat autem hoc loco argentum viuum corpus ea ratione quod tangatur, palpetur, videatur, & loco contineatur, quæ propria corporum sunt, sicut alia ratione philosophi ipsum sæpissime spiritum dicunt. Et paulo post. Hinc coquite & agripiaco terite aceto, & utrumq; vel as ipsum, vel acetum seu aquam, as vocate. Zinon quoque sermone sequenti Dixiste Hyarge, quod utrumq; quod in commistionem venit as vocari consuetum sit à philosophis, & bene quidem, & c. In commistionem autem veniunt sulphur & argentum viuum, itaq;

Aes quid philosophis dicatur.

Qua ratio  
tione terra  
retineat.  
Text c. 24.

Quomodo  
& siccet &  
coagulet.

In aporto-  
rio.

itaque vtrumque æs quandoque philosophis dicitur. *Retinet* autem terra suum argentum viuum causa affinitatis eadem, qua attrahit. Vnde Raim. Lullius. *Spiritum per corpus ligare non possumus, nisi à propria sua natura detineatur, quæ ligamenti illorum proprietas est.* Ratione etiam vacui, quia hæc terra post calcinationem suam discontinuata est & poris referta, multum sitiens, & cupiens restaurare amissum humidum. Idcirco Lullius non raro vocat eam *terram desertam & depopulatam à suis spiritibus.* Et in Turba lapis dicitur *concauus, spongiosus, & salsus,* propter porositate videlicet terræ, & quia aquam suam ebibit præ siti. *Ex siccatur autem & coagulat retentum,* propter ponticam suam naturam & vim astringendi qua prædita est. Vnde Comes Bernard. *Terra est adstringens compositum, & prohibens fluida elementa à sua fluxibilitate cruda, habens secum ignem symbolicè in siccitate.* *Figit,* propter naturalem fixationem: & caloricam & igneam suam vim quam per calcinationem acquisiuit, quia omne calcinati genus fixius est quam non calcinati, vt ait Geber. hinc Raim. Lullius. *humiditas conuertitur in siccum locum suum, hoc est, in terram propriam, quia illa est proprius locus generationis sulphuris, Et hoc tunc apparet manifeste, quod illa terra ante præparationem & calcinationem suam hoc non facit, & tamen post calcinationem id facit, propter calorem ipsius naturalem,*

valem, qui fuit confortatus per subtractionem humiditatis quæ eam mortificabat, & totaliter submergebatur. Depurat, ratione eadem qua depuratur, quia sicut aqua terram abluat, nigredinem & foetorem eius auferendo, ita terra vicissim fæces aquæ tenet, ne vna cum aqua ascendant, quia fæces fœcibus adhærent, & aquæ pars magis spissa & densa in terram incidit.

Descriptis effectibus siue facultibus sulphuris, quæri posset, vnde ipsum potissimum eruatur. Dicimus è metallis tam imperfectis quam perfectis. Id enim expresse affirmat Geber, his verbis supra etiam allegatis. *Mercurius & sulphur extrahi possunt tam ab imperfectis, quam à perfectis corporibus debite preparatis*, Idem innuit alibi in hunc modum. *Ex quocunque elixir conficiatur album vel rubrum, nihil tamen aliud est quam argentum viuum & sulphur, quorum vnum sine alio nihil agit. Et postea subiungit. Et quia omnia corpora metallica ex argento viuo composita sunt & sulphure, puris vel impuris, per accidens & non in materia sua prima innatis, etiam per preparationem conuenientem tolli est possibile. Quasi dicat. In elixiris confectione argento viuo & sulphure nobis opus est, non minus quam naturæ in generatione metallorum, sed quia hæc duo principia in quibusdam sunt impura & sordida, idcirco purganda prius sunt, & mundanda à superfluita-*

Vnde terra  
petenda.

Lib. forn.  
cap. 18.

De Inuest.  
perfect. cap.  
3.

fluitatibus, priusquam elixiris compositio-  
 nem intrent: quod possibile est, quia acci-  
 dentaliter & non radicaliter corporibus su-  
 peruenerunt, *accidentium autem spoliatio possi-  
 bilis est, ut dicit eiusdem lib. cap. Gebri sen-  
 tentiam confirmat multis locis illustris &  
 eximius Doctor Raim. Lullius, Et in primis  
 li. de cōpend. transmut animæ. Modi inquit,  
 mixtionis elementorum cum sulphure natura acci-  
 dunt dupliciter, quia aut sūnt cum terra sua, aut cum  
 aliena: cum terra aliena fit multipliciter, quoniam  
 videlicet sunt modi mixtionis sulphuris nature, cum  
 ad beneplacitum artista veniunt. Quibus verbis  
 Lullius satis indicat spiritum siue aquam, &  
 sulphur siue terram elixiris è diuersis cor-  
 poribus metallicis peti posse. Exempli gra-  
 tia, Si spiritus lapidis eductus sit è corpori-  
 bus perfectis, sulphur eiusdem peti poterit  
 nō ex iis solis, sed etiā ex imperfectis; & pro-  
 pterea distinguit inter terram propriam &  
 alienam. *Propria* est quæ ex eodem corpore  
 elicitur, vnde & alia elementa scilicet aqua  
 & aer extracta sunt, *aliena* vero quæ ex alio  
 corpore petita est. Et quia corpora metallica  
 multiplicia sunt, ideo multiplex etiam  
 est elementorum mixtio. Alia enim mixtio  
 est quæ ex argento educti cum sulphure æris  
 vel plumbi, alia cum sulphure ferri vel stanni,  
 quamuis tamen sulphur metallorum  
 omnium atque mercurius eorundem in ra-  
 dice*

dice vnam & idem sint, sed per accidens distincta & variata, quæ tamen per artem post cõuenientem mundationem ad vnam substantiam puram reduci possunt. Idem Lullius. *Sulphura creata ex corporibus imperfectis debent esse illuminata per tincturam Solis & Luna, id est, ex eorum oleo, quia alterius non indigent.* Et alio loco eiusdem lib. *silitu poteris facere elixir ex sulphure cuiuscunq; corporis volueris, aut ad album, aut ad rubeum.* Ex quibus tribus locis Raina Lullij allegatis prætermisiss alijs, satis perspicuum est, sulphur artis ex imperfectis metallis poti posse. Quod cum verum sit, dubitare tamen merito possumus, vnde propinquius & facilius eliciatur. Respondeo ex omnibus quidem elici posse, sed facilius ex ære & ferro, quam ex alijs, optime autem & facilime ex solo ære. De quo Vincent. in spec. doctrin. *Commisceatur æs cum auro & argento, & recipit tincturam, fitq; ex eo elixir albedinis & rubedinis, nec fugit eius tinctura.* Quod non de ære sicut in natura sua est intelligendum, quia id falsum esset, sed de corpore siue terra philosophica ex ære producta, sicut postea ex eodem clarius patebit, cum loquitur de calce æris, quæ non est alia à sulphure siue terra. Idem de ferro quoque affirmat. *Ferrum inquit seruit magisterio, preparari enim potest, vt ingrediatur & corpus fiat: sed non nisi grauitèr soluitur, & cū*

De Intento  
alch.

Vnde facilius & propinquius terra petatur.

*magno magisterio.* Vbi per corpus non aliud intelligit quam sulphur siue terram artis, quæ sola post præparationem congruam ingressum habet in corpora metallica: sed quia eius præparatio difficilior est quam æris, ideo rarius eo vsi sunt philosophi. Quare autem in istis duobus metallis potissimum sulphur inquirendum sit, rationes proponuntur duæ. Vna est, quod hæc duo corpora sulphur in se habent fixum, quod querimus nisi enim sulphur artis fixum esset, aut naturam fixi in se haberet, non figeret. Quod autem sulphure fixo prædita sint hæc duo metalla, patet manifeste ex difficili eorū fusione, *quæ enim plus de fixo habent sulphure tardius, quæ de non fixo facilius & citius fusionem suscipiunt.* Vt nobis auctor est Geber, & experientia demonstrat. Non tamen negamus sulphur etiam aliorum, artificio figi posse, & ad eandem naturam deduci. Altera ratio est, quia corpora mollia, vt Iouis & Saturni, ante mundationem suam perfectam quæ per calcinationem fit, facile in corpus redeunt propter sulphur ipsorum non fixum: hæc vero calcinantis ignis vim sustinent, donec terrea substantia sulphur illorum coinquinans tollatur, & euellatur, cuius gratia potissimum calcinamus imperfecta. Si autem terream substantiam mollium corporum per calcinationem auferre velimus, attentis-

sime

Rationes  
duæ cur potissimum in  
ære & ferro  
terra quaeratur.

Sum. perf.  
cap. 63.

lime & sagacissime regenda sunt, ne calces eorum reducantur in corpus ante perfectionem, & ita labore & tædio reiterationis intolerando afficiatur artifex. Quæ cum ita se habeant, philosophi occulte docentes unde sulphuris substantia petenda sit, ipsum aliquando ferrum, sæpissime vero æs nominauerunt, vt infinitis exemplis pisset ostendi, quæ breuitatis causa omitto. Sunt tamen qui hanc inter metalla impura differentiam ponant, quod putent sulphur elixiris albi ex Ioue & Saturno tantum, rubei vero ex Saturno, Venere & Marte elici debere, sequuti illud Gebri. *Pastam fermentandam extrahimus ex imperfectis corporibus. Et ex hoc tibi tradimus regulam generalem, quod pasta alba extrahitur de Ioue & Saturno, pasta vero rubea ex Saturno, Venere & Marte. Per pastam fermentandam autem nihil aliud intelligit quam corpus lapidis, in quo reliqua elementa figuntur, quod sulphur siue terram dicimus, quæ fermentanda postmodum est & animanda fermento siue oleo solari vel lunari. Quæ tamen differentia prout supra ex Raim. Lullio est ostensum, perpetua non est, cum constet vnum & idem sulphur metallorū qualecunque sit per corruptionem primo debere denigrari, deinde dealbari.*

Differentia  
sulphuris al-  
bi & rubei.

Lib. form.  
cap. 19.

Plures fœditatem corporum imperfecto-  
rum suspectam habentes, securius putant im-



Quare in  
perfectis  
corporibus  
quidam ter-  
ram inqui-  
rant.

perfectis corporibus sulphur artis inquire-  
re, propter munditiem, & quia in illorum  
calcinationibus primis laborandum non est  
artifici, ad sulphureitatem adustibilem &  
fœculentiam terream remouendam, qui-  
bus carent, cum perfecta sint, sed in illorum  
resolutione difficultatem inueniētes, prop-  
ter homogeniam & fortem illorum compo-  
sitionem, facile à proposito resiliunt. Eo-  
rum qui ex auro argentoque sulphur artis  
petendum asserunt, facile antesignari sunt  
Auicenna, & M. Arnald. de villa noua. Sic  
enim ille. *fit sulphur album, & rubeum ex vna  
metallorum materia ad plenum depurata, modo  
tamen diuerso decocta & digesta: idcirco in argē-  
to est sulphur album, sicut in auro sulphur rubeum.  
Et omnino non est tale sulphur super terram nec  
album nec rubeum nisi quod in istis corporibus ex-  
istit. Et ideo præparanda sunt corpora subtiliter,  
vt sulphur eorum & argentum viuum ex ipsis ha-  
bere possimus, ex quo aurum & argentum efficie-  
batur subtus terram.* Quæ verba Auicennæ  
quamuis primum legentibus plana & aper-  
ta videantur, tamen valde sunt ambigua, &  
deceptoriam, si ea exactius perpēdamus. Quā-  
uis enim dicat in argento esse sulphur albū,  
in auro rubeum, non propterea sequitur in  
aliis metallis sulphur artis non reperiri. Nā  
primum dicit *sulphur album & rubeum ex vna  
fieri metallorum materia,* hoc est, materia om-  
nibus

Interpreta-  
tio verborū  
Auicennæ.

nibus metallis communi, nisi forte per vnā intelligamus solam & vnicam, & velit ex solis metallis sulphur peti, quod non est verisimile ipsum sensisse, quamuis id alioqui verum sit. At si sulphur fit ex materia omnibus metallis communi profecto eadē erit tam in perfectis quā imperfectis, proinde & sulphur erit in iisdem. Quocirca adiungit *ad plenum depurata*, scilicet, aut naturæ beneficio, sicut in luna, & sole præsertim: aut arte & humana industria, sicut in metallis imperfectis. Quod addit *modo tamen diuerso decocta & digesta*, tam ad imperfecta quam ad perfecta referri quoque potest: quia alter sulphur decoctum & digestum est in ære & ferro, aliter in plumbo & stanno, non in solis auro & argento. Nec magis eam sententiam confirmāt verba ipsius sequentia, cum inquit. *Et omnino non est sulphur tale super terram, quale in istis duobus corporibus existit*. Per *tale* intelligo ita perfectum & mundum, & tam bene digestum, quod verum esse concedo, quia reliquorum metallorū sulphur internum eam perfectionem nondum adeptum est, ad quam tamen per naturam in ipsis mineris tempore longo & prolixo, & super terram tempore breuiori per artem peruenire possunt. Postremo quoque cum dicit, *preparanda esse corpora subtiliter, vt sulphur eorum & argentum viuum habere possimus*,

Ros. part. 1.  
cap. 7.

cum generali vocabulo corporum vtatur, quod tam ad imperfecta quam perfecta referri potest, tam illa quam hæc insinuare quoque videtur. Apertius multo Arnaldus sententiam suam expressit. *A corporibus inquit Solis & luna extrahitur sulphur nimum album & rubeum, cum in ipsis sit purissima sulphuris substantia ingenio nature summe depurata, quod certius & subtilius est, quia in depuratione ipsius ars debilior est natura, nec consequitur illam licet multum labore.* Quamuis autem & alij quandoque dicant in auro & argento esse purissimam sulphuris substantiam, meminerit tamen artis studiosus, hæc non ita semper intelligenda, quasi necessario ab auro & argento sulphur petendum sit, sed quod eorum substantia resoluta, in sulphur optime conuertatur, & sulphur fiat. Neque enim est quod digestionem sulphuris auri & argenti vsque adeo magni faciamus, cum sulphur eorundem non secus ac reliquorum metallorum reincrudari debeat & corrumpi, si elixir ex ijs operari velimus. Oportet enim argentum viuum & sulphur elixir constituentia puriora & subtiliora esse auri & argenti sulphure ac argento viuo: depurari autem & subtiliari nõ possunt, nisi post corruptionem, alioqui non in elixir imperfecta transmutans, sed in aurum argentumque redirent quod prius fuerant. Quod ipsum affirmant omnes philosophi, quorum

Sulphur &  
arg. vi. elixi-  
ri puriora  
esse debere,  
quam auri  
& arg.  
&

sententijs adducendis superfedeo. Hoc tamen lucri ex sulphure auri & argenti capitur, quod in illorum mundatione ante resolutionem laborandum non fit, sicut in imperfectorū corporū præparationibus, quæ temporis multū absumunt, & laboris plurimum adferunt artifici: proinde breuiori quidem via sulphur auri & argenti haberi potest, sed maiori dispendio, si artifici minus constet de operis ratione.

Diximus vnde sulphur petendum, nunc qua ratione educatur è corporibus, inuestigemus. Geber duos proponit modos quibus id assequi possimus, in hanc sententiam. *Separatio terre & substantiæ in radice metallo vnite ab eis commisto fit, aut per eleuationē cū rebus substantiam argenti viui eleuantibus, propter conuenientiam cum eo, & sulphur dimittentibus, vt est thutia & marchasita, quoniam fumi sunt quorum maior pars argenti viui est quantitas, quam sulphuris, Aut cum lauatione per argenti viui commistionē: argentum viuum enim tenet quod sua natura est, alienum vero respuit.* Ad quorum verborum explanationem meminisse nos oportet, omnia quæ sublimantur duobus modis potissimum sublimari aut per se, quia spiritus sunt, aut cum alijs, quia se incorporāt cum spiritibus. Mercurius igitur, thutia & marchasita quia spiritus sunt, per se sublimari possunt, at calx corporum præcipue durorum nõ sub-

Quomodo  
terra haberẽ  
possit.  
Sum. perf.  
cap. 64.

Ad sublimationē quid requiratur.

limatur nisi incorporata cum aliquo spiritu. *Sed cum omnia sublimanda coniugenda sint rebus maxime sibi conuenientibus in natura, prout ex Cap. 40. Sum. perfect. aperte colligitur ideo Geber cap. 48. & 71. eiusdem lib. dicit venerem si sublimanda sit, thutia indigere, martem arsenico, cum quibus maxime conueniunt.* Hoc vero loco absque distinctione asserit perthutiam aut marchasitam vtrumque metallum sublimari posse. Hanc enim videtur differentiam innuere in terra siue sulphure eliciendo è corporibus metallorum, vt duorum videlicet æris & ferri terra, per sublimationem eorum cum spiritibus, educatur, mollium vero, per lauationem cum argento viuo. Modum vtrumque adferemus & tertium addemus in corporibus perfectis vsitatum philosophis, qui non differt à primo in agendi ratione, sed tantum immutatione spiritus adiungendi. Sicut enim æs ferrum & multo sulphure abundant, ita etiam spiritu magis grosso terreo illis simili opus habent ad eleuationem: argento vero & auro, quia maxima in ijs argenti viui copia, mercurius illis quoque consimilis adhibetur, qui si veneri & marti commisceretur, verendum esset, ne corporibus in fundo relictis solus ascenderet ob subtilitatem & naturæ dissimilitudinem. Modus itaque terreæ radicalis substantiæ pendæ à marte & venere hic est. Venus pri-

Modus primus terreæ educendæ è metallis.

mu. n à sulphure adustibili & terrea fœculentia quæ illi accidentaliter superuenit mundetur per calcinationem superius traditam: calx misceatur cum thutia siue marchasita, non sicut est in natura sua grossa, terrestri, & lapidea, sed cuius pars purior mercurialis iam antea aliquoties sublimata fuerit, nam alioqui frustra sulphur siue terram veneris in fœcibus marchasitarum quæremus, & non recte diceret Geber, *maiorem eius quantitatem esse argentum viuum*: cum fateatur Sum perfect. cap. 48. eam habere feces superfluas. Calx commista cum thutia siue marchasita teratur & imbuatur aliquoties aceto stillatitio, vt profundius vniantur, postmodum euaporata imbutiois aquositate, sublimetur ab ea thutia siue marchasita igni qui sufficiat thutiæ eleuationi toties, donec multa eius quantitas calcibus adhæserit, & cum ijs vnita sit. De hinc vero in vase sublimationis quod validissimum ignem perferre possit ponantur, ea tamen cautione, ne quantitas sublimandorum multa sit & fundus vasis non concauus, sed planus, vt possit æqualiter & tenuiter super eum spargi corpus siue calx veneris, & æqualiter eleuari, quia multitudo sublimationem impediret, & propellantur igne statim ab initio vehementissimo, vt videlicet spiritus corporis partem sibi conuenientem maxi-

me, nempe mercurialem, simul eleuare possit, relicta in fundo terra siue sulphure, quod quarimus. Cum calce martis eodem modo procedendum est, quousque maneat quantitas arsenici conueniens cum ipsa, deinde igne fusionis & ignitionis protrudantur in aludel, & remanebit terra martis. Mollia vero corpora Saturnus scilicet & Iupiter adiunctione prædictorum non egent, cum per se igne validissimo ascendere possint, vt docet Geber Sum. perfect. cap. 48. tamen eadem quoque per admistionem argenti viui lauari possunt, & eo modo terra ex ijs prolici. Quod hac ratione peragitur. Capitur calx Iouis vel saturni optime mundata, cui affunditur octuplum argenti viui per sublimationem prius expurgati. Hæc simul commista in mortario marmoreo terantur, donec nihil de calcibus corporum sentiatur, sed in similitudinem argenti viui redactæ sunt. Tunc adijciatur illis aceti distillati, aut alterius liquoris consimilis, qualis est spiritus calchanti, quantum sufficit vt cooperiantur, & in patellâ vitream, aut terrâ vitreatam effundantur, qua cineribus calidis super positam, agitentur digitis cōtinenter & assidue, donec in similitudinē pulueris albi omnia redacta sint, & acetū euaporauerit, ac omnia redeant iteū in speciē argenti viui vt prius.

Modus secundus.

Tunc

Tunc puluerē nigrū aut cinereū, qui supernabit, collige corneo cochleari, vel pergameno, prout aptius poteris, & serua, idemq; opus reitera, donec habueris tantum terræ quantum elixiri componendo satis sit, cuius magna quantitate opus non est, sufficit scriptuli vnius aut obolorum duorum pondus, aut paulo minus. Qui ē corporibus imperfectis alium sulphuris naturæ extrahendi modum inquirat, aut plura scire desiderat, legat Magiæ naturalis. Raim. Lull. cap. de naturali euocatione corporum à suis spiritibus. Sulphuris autem è perfectis corporibus educendi modus hoc loco à Gebro prætermittus talis est. Calx argenti vel auri mercurio imbuitur, teritur & digeritur calore lento, ita ne mercurij substantia ascendat, per aliquot dies, deinde mercurius ab ea sublimatur, igne quam fieri potest moderatissimo: Sublimatum denuo calcibus admiscetur, teritur, assaturq; vt prius, donec mercurius eidē notabiliter adhæserit, quod percipietur facile ex pōdere. Tum demum mercurium à calce iam aliquoties sublimatum eidem redde, & igne quarti gradus sursum pelle. Sic enim mercurius omne argentum viuū auri vel argēti in calce reliquum secum vehet, relicto in vasis fundo sulphure seu terra argenti vel auri, quam plurimi quæsiuerunt hæctenus, pauci vero diligē-

Modus ter-  
tius.

tiores



tiores & vigilantiores, quos laboris minus pertæsum fuit, inuenerunt. Paucior tamē in his corporibus præfertim in auro terre quãtitas reperta est quã in ante dictis, sed virtute nõ nihil præstãtior, si eo vti, prout decet, nouerit artifex. Hãc sulphuris educēdi modũ docere voluit Richardus Anglicus, cum inquit. *Si corpus nõ resolueris per mercuriũ in mercuriũ occultam virtutẽ ex eo habere nõ poteris, vt pote sulphur digestum & decoctum per opus nature.*

Correctory  
cap. II.

Terræ neces-  
sitas in arte.

Laborarunt autem philosophi maxime in terræ huius inquisitione hac præcipue ratione moti, quod viderent naturam non procederẽ nisi per media: quam imitari volentes philosophi, & scientes non posse fieri transitum de mollitie argenti viui ad durtiem metalli, substantiã mediam duarũ proprietatu scilicet sulphuris incõbuustilis & argenti viui inexterminalis participem per artem componere studuerunt in nature homogeneitate & proportione cõuenientem, quæ potestatem haberet colligandi simul animam lapidis cum spiritu, vt ex tribus iunctis fiat elixir perfectum. Ad hoc autem pertingere non potuerunt nisi terram prius metallicam haberent, in qua lapidis elemẽta volatilia figerent, & quæ mercurij mediã substantiã attraheret & retineret, superfluo eius humido deposito. Hanc tanti fecerunt, vt eam basim & fundamentum totius operis

ris appellarint non semel Et Raim. Lullius monet sedulo omnes antequam opus incendant, vt prius sciant sulphur diuidere a metallis, quia in eo tota latet vis magisteiij, & vniquit compend. animæ transmut. Totus labor & defatigatio in elementorum & sulphuris est diuisione, & eorundem purificatione, cum postea respectu horum nihil fere amplius peragendum restet; reliquum enim perficit natura, & artifex à labore quiescere potest.

Sed non sufficit habere terram siue sulphur, nisi id ipsum depurare, & exacte mundare quis nouerit: Nec enim est quod existimet quisquam auri sulphur adeo purum esse, vt opis humanæ non egeat, quamuis enim reliquorum metallorum respectu mundum sit, tamen si elixiris perfectionem respiciamus, magis immunditie differre & longius ab eo distare videbimus, quam argentum ab auro, siquidem, vt sæpe dictum est, oportet medicinam puriorē, subtiliorem, & magis digestam esse quam sit aurum in natura sua Sulphur itaque vndecunq; eductum sit has in se habet corruptionis causas. Nigredinem quæ ipsius etiam mors est, vntuositatem cremabilem, & terream fœculentiam. Prima accidentaria est, reliquæ duæ internæ sunt. Nigredo enim ex putrefactione orta est, & humore superfluo qui calore eius naturalē mortificabat, vt germina-

Sulphur  
quomodo  
mundandū.

Test. cap.

Duplex  
mors sul-  
phur.

re nō posset, frigiditas enim magna calorem parvū extinguit. Hinc Ros. *A corpore mortem expelle.* Quo dicto aliud nihil quā humorem superfluum putredinis ratione ortū subtrahendum intellexit, qui calorem sulphuris suffocabat, & ne generare posset impediebat. Idem aliis verbis, sed apertius indicat Lullius, in hunc modum. *Abij. e humorem vbi submersus est draco, vsque quo su corpus minutum ex caelesti spiritu.* Per Draconem autē terram significat, quemadmodū nonnunquam & alij huius artis magistri. Et hic est draco qui post mundationem deuorat caudam suam & caput, hoc est spiritum & animam.

Est tamen duplex mors corporis, vna quam diximus ad corruptionem, nisi amoueatur: altera ad vitam & resurrectionem gloriosam, ad quam peruenire non potest, nisi post mortem, corpora autem resuscitata perpetua erūt. Hæc autem mors illi accidit ex subtractione fœcundæ suæ humiditatis per calcinationem. Et sicut prioris mortis causa erat frigidi humoris abundantia, ita posterioris, sitis & humidi radicalis inopia, quod tamen illi postea cumulate restituitur. Quam calcinationem insinuans Vincentius. *Calcinare inquit corpora nihil aliud est, quam extrahere humiditatem corruuentem, & introumittere humiditatem igneā rectificantem, per quam est vita illorum & essentia, postmodum stans*

In spec. do-  
ctrin.

*in igne examinationum.* Est autem hæc calcinatio diuersa ab ea quã cap. 2. attuli, quod hæc terram philosophicam tantum, illa omnia corpora mineralia generaliter compræhendat. Vnctuositatem autem cremabilem lauari præceperunt philosophi *aquis*, vt dicit Geber, *subtilibus, maxime acutis, acribus & panticis fecem nullam habentibus*, & decoqui sulphur tam diu, donec ab ipso decocto aqua clara & lucida emanet, postea loturas has distillari, & quod in fundo vasis remanet abiici, aquam distillatam reaffundi, donec tota vnctuositas cremabilis ab eo egrediatur, & subtile vnctuosum ignem sustinens & non cremabile tantum remaneat. Quod ipsum indicare voluit Raimundus Lullius, his verbis. *Intellige quod natura talis sulphuris est multum lucens, fortiter munda, & ad puritatem deducta virtute ablutioum fortium & acutissimarum, tali modo quod nullam vnctuositatem cremabilem adurentem in se habeat, nec aliquam humiditatem vaporabilem, nec phlegmaticam.* Quales autem sint hæc aquæ acutæ quibus sulphur abluendum est expressis verbis indicat Geber, & inter eas nominat *acetum distillatum, omphacinum, item & aquam pytorum acerborum, & inalogranatorum.* Et Ros. minor addit *urinam humanam purificatam, aquam sanguinis, salis, & aluminis, quæ toties distillanda & circulanda sunt donec feces nullas in fundo relinquunt.*

Vnctuositas  
cremabilis  
quomodo  
amoueatur  
à corpore.



Aquæ acutæ philosophorum.

Sum. perfr. cap. 52.

Reli.

Terrea fœ-  
culēria quo-  
modo sul-  
phuri adi-  
menda.

l.

Reliquum est vt terreæ sulphuris fœcū-  
lentia remotionem doceamus. Hæc fit du-  
pliciter. Per calciaationem videlicet & sub-  
limationem, sed tamen simul & semel in  
in eodem vase, & vnica operatione. Quæ est,  
vt terra lapidis imbuatur & teratur cum  
mercurio, antea mundato, per se enimaſ-  
cendere non posset, sed eget adiutorio spi-  
ritus subleuantis, & decoquatur lento igne  
in balneo per triduum ne mercurius ascen-  
dat, deinde ab ea sublimetur forti ignis ex-  
pressionem sub finem, ne quid de mercurio  
volatili in ea remaneat. Argentum viuum  
terreæ redde, tere simul, decoque, & vt prius  
sublima, idque reitera nouies vel duodecies  
semper augendo ignem in fine, donec terra  
frequenti sublimatione, & ignis calcinantis  
vi alba euaserit, & spiritualior iam facta sub-  
tilior eius pars cœperit non nihil ascendere  
à fundo vasis, & eius lateribus adhærere.  
Quod cum videris, bene spera, & terram  
quæ ascendit pluma ad fundum depelle, &  
iterum irriga adiuncto mercurio, misce &  
tere, ac decoque diebus præfinitis donec  
maiorē terreæ partem vasis lateribus ad-  
hæsisse videris, relicta in fundo vasis fece  
terrea, & scoria nigra, vituperata & abijci-  
enda, cui nihil vitæ aut lucis inest. Has om-  
nes operationes prædictas paucis verbis  
perstringit Vincentius Monachus.

Lauatur inquit *as*, vt eius immūditia auferatur, calcinatur autem vt eius materia attenuetur, in calce lauatur iterum cum fortissimis aquis, vt humiditatem recuperet quam in calce perdidit: sublimatur autem vt magis attenuetur, & cum argento viuo miscetur, vt natura sua præparetur. Si in terra remanserit aliquid partium puriorum, quod animaduertere poteris ex albedine quadam intermicante, ne tædeat eam denuo cum mercurio eodē miscere, terram decoquere, & tandem vt dictum est sublimare, donec nihil purioris essentia in ea reliquum sit. Terræ sublimatæ vasi iterum imponendæ, & tertio ignis gradu si quid mercurij in ijs remanserit sursum propellādum est in alembicum, terraq; omnis in vnum redigenda, & asseruanda, donec vsui esse possit. Hæc autem terræ mundatio quæ per sublimationē peragitur omnino necessaria est, antequam opus physicum quis incipiat. Si enim sublimata non fuerit, substantiā subtilem & ingredientem non habebit, quia in suā corporalitate & densitate permanens spiritum non admittet, nec virtutem penetratiuam habebit, & per consequens ad verum elixir non valebit: nō enim miscebitur metallis tingendis, nec ea poterit in formam perfecti corporis transmutare. Quocirca terra ante compositionem suam cum aqua, per argentum viuum sit abluta, & argentum viuum ab ea abstractum, vt remaneat calx autē

In spec. doctrin.

Terra sublimanda, & quare.

De fixatione.

cinis purissimus. Neq; enim præcipiunt terram sublimari philosophi, nisi vt reducat<sup>r</sup> ad subtilem materiam & naturam, & vt fit sicut spiritus, & postea ingrediatur & tingat, post fixationem videlicet suam, de qua superest vt aliquid dicamus, quoniam Geber desiderat *terram fixam, & amentem fixationi permanentiam secum adhaerentibus.*

Sed vt de diffinitione eius auspicemur. *Fixio secundum Gebrũ est rei fugientis ab igne conueniens ad ignem adaptatio.* Huius adaptationis modum inuenio in philosophorum libris quintuplicẽ. Vnus fit per Calcinationem: *omne enim calcinati genus fixius est quam non calcinati, vt ait Geber cap. de Calcinat. & Ali- bi. Per calcinationem omne fugitiuum deletur.* Ex alius. *Omne calcinatum in suo genere est fixum.* Ratio manifesta est, quia per calcinationem corporum metallicorum naturalis humiditas quę ea faciebat fluere, & liquefieri, & moueri in igne ad modum aquę, & partes in eis tenebat continuas, remouetur, vt fundi & liquefieri non nisi cum difficultate possint, sed stent in igne vt cinis vel calx lapidum. Similiter per calcinationem sulphur adurens in corporum substantiæ profundo inclusum & per inflammationem corpora diminuens & in fumum vertens, quantumuis bonum in illis sit argentum viuum & fixum, tollitur. Et hoc voluit Geber dum inquit,

Fixionum  
modi quin-  
que. /

Sim. perf.  
cap. 76.

Cap. de fix.  
ione.

inquit,

inquit. Figuntur corpora à perfectione diminuta per suam calcinationem, eo quod absoluuntur per eam à sulphureitate volatua & corruptione. Secundus fixationis modus contingit per decoctionem lentam & diuturnam, quia omne volatile post mundationem suam adiutorio ignis figitur calore temperato & continuo. Temperatus enim calor ut ait Geber, est humiditatis inspissatiuus, & commistionis perfectiuius: ignis autem vehemens est humiditatis consumptiuus, & fusionis turbatiuus. Tertius, resultat ex duobus antedictis & declaratur à Gebro ca. de calcinat. in hanc sententiam. Modus calcinationis spirituum est, ut eis ad fixationem approximantibus, scilicet per lentam assationem, admistretur ignis successiue & paulatim illum augendo ne fugiant, quousque maximum eos tolerare ignem contingat. Quartus modus est, ut spiritus mundificati cum calcibus puris corporum sublimentur, donec figantur, hoc est, ut calx corporum imbuatur spiritu aliquo, qui ab ea toties abstrahatur, donec simul maneat, & ignis quantumuis magni asperitatem tolerent, & non fugiant ab eo. Ratio est quia spiritus sunt de natura corporum, & maxime cum eis conueniunt, & iis adhærēt, commisceturque profundius. Cum itaque coniunguntur, cum illorum calcibus, & lente simul decoquuntur, fieri non potest, quin sentiant amicam societatem & naturam, & aliqua

Secundus

Sum. perf.  
c. p. 75.

Tertius

Quartus



illorum pars eis paulatim apponatur, donec tandē per reiterationē imbitio- nis, & sublimationis omnia simul figantur. Idq; indicare voluit auctor Rosarij minoris, dum ait. *Si sublimantur spiritus cū immundis, im- mundantur, si cum adherentibus remanēt magis fixi cum tinctura inferiori, quod quarimus.* Quintus figendi modus est, per rei fixæ additionem. Ideo Geber, cum Saturni & Iouis induratio- nem vult docere, vt magis appropinquent fusioni corporū perfectorum cum ignitio- ne. *Preparatio illorum est, inquit, vt ingenie- dur illis permiscere argenti viui substantiam fi- xam in profundo eorum, aut sulphuris fixi, aut sui comparis, aut cum rebus duris & non fusibilibus, sicut est calx malchafita & thutia. Hæc enim illis v- niuntur, & amiccantur & illa indurant, quousq; non fundantur, antequam igniantur.* Et alio loco. *Cum talco & mercurio præcipitato, vel utilius cum luna pura ad hoc deducta calcinando & soluendo perue- nimus ad horum duorum corporum (Saturni vide- licet & Iouis) ignitionē & duritiem completā, cū splendore inenarrabili.* Per substantiam argenti viui fixam non aliud intelligit Geber quam duo corpora perfecta argento viuo fixo constan- tia, quæ necesse erit alijs corporibus minus fixis, aut spiritibus purificatis & sublimatio- ne mundatis, si eos figere decretum sit, con- iungi. Idcirco recte quoque Lullius. *Qui ar- gentum viuum extractum è corporibus non coagulat*

Quintus.

Sum. per-

De Inuent.  
Verit. cap. 13.

in sulphur album ignem patiens per additionem eius cum argento, nullam viam exigit ad albedinem. Et qui ipsum argentum viuum non coagulat in sulphur rubeum fixum, ignem patiens, per additionem illius cum auro, pro certo nullam viam exigit ad rubedinem. Sciendum tamen, hæc corpora fixa præparanda esse iuxta intentionem Gebri & aliorum Philosophorum, si iis uti velimus, antequam coniungatur cum aliis corporibus vel spiritibus, quia in sua soliditate & grossitie permanentia comode misceri non possent. Calcinandam igitur sunt & soluenda, vel in bracteolas tenuissimas redigenda, & more aurifabrorum amalgamanda cum mercurio vulgari, donec instar pulvis reddantur, & sic tandem corporibus aut mercurio vapore sulphuris coagulato addenda, ut diffusius docet Raim. Lullius & Arnaldus, quos consule. Est autem hic modus diuersus à superiore, quia in eo sublimationis reiteratione opus non est, sed tantum decoctione, & sub finem calcinatione. Sunt quidem & alij figendi modi, cum spiritus videlicet aut corpora metallica in terram rediguntur per calcinationem, aut præcipitationem violentam ad fundum vasis cum ignitione, aut in vitrum, sed quoniam eos non curat vera Alchymia, nos etiam consulto transimus.

Restat ut discutiamus an ex aliis rebus quam metallis hæc terra elixiris peti possit.

An sulphur aliunde quã

de metallis  
peti possit.

Quare terra  
vegetabiliū  
& animāliū  
operi inuti-  
lis sit.

Manifestum quidem est ex principijs naturæ  
omne corpus coalitum esse ex aqua & terra:  
sic animantia omnia & vegetabilia ac ortum  
ex ijs habentia continent in se terram suam,  
& post ablationem humiditatis in terram &  
cinerem verti possunt. Sed quia non sufficit  
simpliciter terra quæcumque, alioquin eam  
quam pedibus calcamus acciperemus, sed  
quæ potestatem habeat aquam suam attrahē-  
di, retinēdi, coagulandi, & ad naturam suam  
conuertendi, merito terra vegetabilium &  
animalium omniumq; inde originē trahen-  
tium operi physico inutilis erit. Qualitercū-  
que enim præparetur, aquam suam retine-  
re non potest, multo minus eam naturæ suæ  
conformem reddere: Aqua enim cum hete-  
rogenia sit terræ suæ, calorem vel minimum  
sentiēs euaporabit ea relicta & deserta, idēq;  
de oleis ex ipsis elicitis sentiendū. Quinimo  
terræ omniū supradictorū per calcinationē  
vel ignis vehementiā cōburuntur, & in cine-  
rē vertuntur amisso humore suo radicali, ita  
vt fundi aut fluere nullo præparationis mo-  
do possint, nisi in vitrū conuertantur, cui po-  
stea in metalla ingressus non patet, sed ijs li-  
quefactis innatae sicut aquæ oleū, propter se-  
motā videlicet ab ijs, & alienam naturā: terra  
autem metallorū humidū suum natium et-  
iam post calcinationes non deserit, nisi enim  
pars eius quamuis imperceptibilis in ea resi-  
dua

dua esset, spiritus ab ea non reciperetur nec retineretur. Sed dicet quispiam. Philosophi sæpius salium faciunt mentionem, terramq; suam salem nominant. Sic enim Lullius quodam loco. *Quod in cucurbita remanet, est sal noster.* Quæstio.  
 Dicunt insuper terram suam debere fieri volatilem. Vnde idem Raim. Lullius. *Accipe terram que volat supra caput tuum;* huiusmodi autem sales quosdam inuenimus in vegetabilibus & animalibus aut originem eorum referentibus. Sal enim tartari & è vini extractus fecibus ita volatilis reddi potest, vt vna cum vini spiritu ascendat; sal item è melle eductus, & sal vrinæ, ac forte alij nonnulli. Respondeo hæc quidem vera esse, tamen sales huiusmodi quocunq; præparentur modo, aquam suam siue spiritum, quod omnino necessarium est, coagulare non posse, nec figere, imo in naturam aquæ & volatilis spiritus transire. Dicimus etiam eos ab aquis suis siue spiritibus semper esse separabiles, terram autem artis aqua sua & oleo imbutam, & ex philosophorum præscripto decoctam simul cum illis in igne manere & figi, nec vilo modo segregari postea, aut diuidi. Deinde concedamus tales sales non separari ab aquis suis, tamen quamdiu in liquida illa natura permanerint nulla arte fieri poterunt vt in igne perdurent, & quamuis etiam perdurarent, tamen cum affinitatem nullam cum metallis habeant, eadem ingredi

gredi obstante illorum dissimilitudine non poterunt, multo minus alterare, & in aurum argentumque conuertere, à quorum natura alieni sunt, & fixio in ijs nulla aut tinctura.

Terram salium, aluminum & atramentorum repudianda esse.



Idem de alijs salibus artificialibus vel naturalibus, aluminibus & atramentis censendum erit, quorum olea vel aquæ distillatione prolicitæ nõ magis cum terris suis ununtur, aut ab ijs congelantur, quam prædictæ, sed contingit eas per ignem euelli; & quamuis id non fieret, tamen potestatem non habent terram suam eleuandi, cum elixir nihil intraret nisi mundum, & spirituale factum, depositis facibus grossioribus, quæ ingressum & penetrandi viam præcludunt.

Lapidum & gemmarum calx inualida.

Lapidum, gemmarum, vitri, & fluorum mineralium eadem ratio est, quæ in calcem abeunt non fusibilem, dissipato & consumpto eorum humido, quod antea colligationis causa fuerat, quod eidem reddi, vt inseparabiliter uniat, impossibile est; & quamuis humiditas eorum à terra non separaretur, tamen densitate sua corpora metallica ingredi prohibentur. Si vero per calcinationem, ad salium naturam redigantur & in liquoré resoluantur, humidior pars ab igne euaporabit, altera in salem densabitur, qui à prædictis salibus siue artificio paratis sine naturalibus non admodum remotus erit, & proinde illis quoque nihilo aptior.

Nec

Nec magis marchasitæ terram hanc nobis suppeditabunt, cum terra earum à natura lapidū nō differat. Si quis vero inferat, illas sulphur & argentum viuū in se continere, quod auctoritate Gebri id ipsum confirmantis cōprobatur, & proinde hoc spiritus illud terræ locum obtinere posse, respōdeo sulphur earum & argētum viuum heterogenia esse nec villo modo ita sociari posse, quin separentur, comburantur, vel ab igne aufugiant; aut si figantur in terream substantiam redigi, nullius virtutis aut valoris. Magnesia quoque & thutia, quamuis sulphur argento viuo immixtum habeant, tamen cum proportione principiorum à metallis differant, & ea habeant magis terrea & inquinata, nec ab inuicem separabilia, nisi cum totalis substantiæ illarum de perditione, in arte parum vtilitatis adferunt, quia illarū materia crudior multo est quā metalorum, ideoq; præparationi minus idonea. Venerab. & eximius Raim. Lul. quatuor in terra physica requirit. Imprimis virtutem attractiuam, deinde similitudinē siue affinitatem cum attrahendo, tertio calorem naturalem in ea latentem, quarto visu aut tactu imperceptibilem quendam vaporem è terra egredientem, qui præcipua causa est congelationis spiritus, hæc eius sunt verba *In lapide nostro mouet & mouetur spiritus prout in suo corpore, operante tum virtute attractiua no-*

Marchasitarū sulphur cur arti minus aptum. Sum. perf. cap. 60.



Quatuor terræ physicae necessaria.

stri lapidis, tum similitudine quam dictus spiritus cum substantia tota nostri lapidis in mixtione prima acquisiuit, adiuuante cum toto hoc potentia magis propinqua, scilicet calore naturali lapidis, qui respicit naturam in maiori proximitate generis & naturam metallicam; & similiter adiuuante virtute lapidis nostri imperfecti perforati & perosi, quæ per corporis sui resolutionem continuam insensibilis & sine tactu per certam operationem causata est in eo. Et profecto ad terram physicam describendam nihil potuit à quoquã dici aptius aut verius. Quibus notis cum terræ omnes prædictæ, imò & aliæ quotcunq; excogitari possunt, careant, certum est eas opus physicum ingredi non posse. Idem Lullius alio loco his quatuor terræ philosophicæ facultatibus seu signis addit & quintum, nempe subtilitatem. Sic enim in Codicil. Si scire vis causam quare terra nostra magis efficax sit ad penetrandum & congelandum argentum viuum, quam terra Sophistarum, scias, quod hoc est, quia siccitas terræ nostræ per digestionem caloris complexionalis facta est, & ideo magis congruit, & subtilius penetrat in profundum, non solum substantiam argenti viui, sed etiam cæterorum corporum, quibus applicatur, quam penetrationem frigiditas terræ Sophistarum facere non potest, quia nec congruit, eo quod eiusdem complexionis non est, nec penetrat, quia per calidum virtutes & subtilitatem non habet. Quibus verbis tria describit impedimenta, quæ alias quascunq; terras ab arte excludunt

Impedimẽ.  
 ra terræ so.  
 phorum. &  
 Cap. de 3.  
 humoribus  
 speceñce  
 differentib.

cludunt, nempe frigiditatem, qua attrahere, retinere, & coagulare aquam suam non possunt; dissimilitudinem naturæ, qua aquæ suæ terræ adherere eamque sibi adglutinate nequit: & grossitiem, qua ab ingressu in argentum viuum & metalla imperfecta prohibetur. Quæ cum contrario modo se habeant in terra philosophorum, illa sola artifici investiganda erit.

Sed spiritus chymici primarij, sulphur, arsenicum, & argentum viuum forte nobis terram hanc tantopere expetitam suppeditabunt? At istos diximus sæpe esse homogeneos in natura, ita vt partes eorum terreæ ab aquosis seu oleosis separari nequeant, aut difficilime & per consumptionem ipsorum. Quod experientia verum depræhenditur, nam si ad sublimandum ponantur, tota illorum substantia ascendit, nullis in fundo vasis relictis fecibus. Si autem figantur per calcinationem, vel præcipationem multum de illorum substantia deperditur & dissipatur, ita vt ex centum libris sulphuris vix tres residuæ fiant, & in terram rediguntur, cui fusio non est neque ingressio, argentumque viuum tanquam à sua natura alienum respuentem. Deinde, cum terra philosophorum debeat mercurium siue aquam suam figere, nihil autem figere possit, quod fixum non sit, aut quod fixi naturam in se non habeat,

Ar: spiri-  
tib: terra  
el: si possit.

habeat,



Sum. perf.  
cap. 30.



Sum. perf.  
cap. 32.

habeat, frustra profecto in spiritibus istis fugacibus aliquid quod fixum sit quaeritur. ne negeamus tamē quin per additionē corpori naturaliter fixorum & resolutorum figi aliquando possint cum magna cautela & industria. De argento viuo enim id expressis verbis fatetur Geber. *Figitur inquit, & fit in cibis exuberantissima refectiois.* Per quæ autem figatur satis indicauit eodem cap. his verbis. *Est amicabile & metallis placabile. Sed non submergitur aliquid in argento viuo nisi sol.* In eandem sententiā de sulphure loquitur eiusdem libri cap. 28. *Qui in preparatione ipsum commiscere & amicare corporibus nouerit, sciet vnum de secretis naturæ maximis, & viam perfectionis vnam, cum multis sint viæ ad vnum effectum, & vnum intentum.* Ac quibus commiscendum erit sulphur? metallis nempe puris & fixis, quia si cum impuris miscebitur, inquinabitur, si cum non fixis, non figetur. Hinc Geber. *Cum auro commiscetur spiritus, & figuntur per ipsum.* Arsenici eadem ratio est, figitur enim testimonio eiusdem Gebri sicut sulphur, eo tantum differens quod sicut sulphur rubedinis tinctura dicitur & auro confociatur, ita arsenicum cum sit albedinis tinctura, argento melius coniungitur, & per ipsum figitur, fixatione videlicet lunari. Quamuis autem hæc vera esse possint, merito enim ea quis in dubium vocet, ne scilicet philosophi hæc non

non de vulgaribus spiritibus, sed de suis intellexerint, tamē semper existimandum est. mediam substantiam horū spirituum in terra non propria, quæ ab illis separabilis non est, sed in aliena coagulanda esse, & postea oleo Solari & Lunari inceranda & figenda. Itaque qui otio suo abuti non vult, & rem facere, terram physicam in corporibus coagulatis, hoc est, metallis inquirat, in quibus sulphur per naturam fixum est, quod quamvis impurum, per artem depurari potest: cum in nōnullis etiam purum sit, quod labore non magno ad præparationem sufficientem indiget.

Sed vt huic capiti finem imponamus, dicimus quicquid in elixire graue est, stabile, & fixum, terræ nomen sibi vsurpare. Sic spiritus & fermentum, quando in terra coagulata sunt, terræ quoque & sulphuris nomen assumunt, imo elixir perfectum terra & sulphur vocatur. Vnde Hermes. *Vis eius integra est, si versa fuerit in terram, id est, Lapis perfectus est & completus, si ipsius partes superiores, leues, spirituales & volatiles, spiritus scilicet & anima siue fermentum in terrā vertantur & figantur.* Vnde terræ philosophicæ dignitas cum ab ea tanquam parte primaria lapis denominationem accipiat, & necessitas etiā conspici facile potest, cum ea neglecta nemo ad lapidis arcani notitiam multo autem minus

nus complementum vnquam peruenerit, nec vt in posterum perueniat sperare audeat, nisi temere temporis, laborum, & pecunie dispendia incurrere velit.

DE TINCTURA DAN-  
TE COLOREM SPLENDI-  
dum & perfectum album aut citri-  
num intensum, & lunificatio-  
nem, seu solificationem  
rerum transmuta-  
bilium.

C A P. VII.


*Quo declaratur lapidis formam esse tincturam, hancq; duplicem esse, spiritus videlicet & animæ. Spiritum ex omnibus metallis, animã è solis perfectis peti posse. Vtriusq; differentia manifesta, & quomodo in lapide tinctura augeri debeat, indicatur. Item qua ratione lapis perfectus tinctura dicatur & forma, & quid ad veram tincturam requiratur, postremo quare Sophistarum tinctura non proficiant indagatur.*

**N** Actenus præparandæ lapidis materiæ studuimus, nunc quomodo eadem forma detur, imo quomodo totus forma fiat, examinandum

Lapidis forma est tinctura.

parum enim prodesset materia etiam optime præparata, nisi formæ coniuncta & annexa foret, sine qua subsistere non potest: for-

ma autem lapidis est tinctura, quam cum adipiscitur, perficitur. Ideo septimo & ultimo loco eam ponit Philosophus inter medicinae proprietates. Sed cum tincturam nomine, non intelligo quemlibet colorem album aut rubeum, aut ut colore albo aut rubeo in opere apparente statim perfectus esse dicatur lapis, sed ut habeat colorem album vel rubeum intensum & exuberantem, ita ut sua exuberantia alijs metallis eundem colorem albedinis vel rubedinis absque sui coloris & bonitatis diminutione impartiri possit. Habet enim gradus quosdam albedinis & citrinitatis lapis, ita ut quandoque sibi soli sufficiat, nec tingere possit nisi semetipsum. Vnde illud philosophi in Turba. *Aurum non tingit nisi tingatur*. Et tum lapis est in gradu auri vel argenti per naturam perfecti, sed decoctione continua & rei tingentis additione paulatim ascendit, ut primo quantitatem alterius corporis sibi æqualem conuertat, deinde paulatim maiorem, decuplum videlicet sui, centuplum, & millicuplum, & tandem in infinitum, inter quæ tamen gradus etiam sunt, ita ut vna pars quandoque centum & decem, alia 120. 130. & ita deinceps in argentum aurumque conuertat. Quocirca non absurde Rhasis. *Ideo per artem melioratur eius tinctura, ut quedam decuplum, quedam centuplum, quedam millicuplum & ultra tingat*. Idem indicare



Gr. l. 1. 1. 1.  
 Quosdam esse tincturæ in lapid.

224 De Tinctura alba Vel rubea

Qualis tin-  
ctura desi-  
deretur in  
lapide.



Veri argen-  
ti notæ.

Auri puri  
notæ.

voluit Auctor Ros. min. *Respice rubeum com-  
pletum, & rubeum à sua rubedine diminutum &  
omnem rubedinem fixi & non fixi. Respice albū al-  
bificansem, & rubeum rubificansem, atq; imperfe-  
ctum proficientem. In quantum autem albedo  
perfecti augmentatur, in tantum tingit in albedi-  
nem; & sic de rubeo. Sed nec intensus quilibet  
color albus aut rubeus sufficit ad elixiris  
perfectionem, alioqui multæ Sophistarum  
tincturæ lapidis phisici nomen sibi vindica-  
rent, sed necesse est, vt det lunificationem seu  
Solificationem rerum transmutabilium, vel  
vt postea dicit, vt sit tinctura colorans materiam  
couertibilem (quæ alia non potest esse quam  
argentum viuum aut aliquod metallum im-  
perfectum) in verum argentum, vel aurum, cum  
omnibus suis differentijs certis & notis. Hoc est, vt  
corpus metallicum cōuersum in argenti spe-  
ciem sit album albedine pura, mundum, du-  
rum, sonans, perdurans in cineritio, sub mal-  
leo extensibile, ignibile, fusibile. Hæ enim  
sunt notæ veri argenti: quibus si corpus ali-  
quod in natura sua alteratum caruerit argen-  
tum verum dici non poterit, sed sophisti-  
cum. Sic si corpus conuersum in auri speciem  
non sit citrinum, ponderosum, mutum, ful-  
gidum, æqualiter digestum, sub malleo ex-  
tensibile, ignibile, fusibile, examina cineri-  
tij, cimenti, & antimoniij tolerans, aurum  
verum non dicetur. Neq; enim aurum & ar-  
gen-*

gentum dici quid poterit, nisi causas diffinitionis & differentias omnes habeat auri vel argenti. Quid autē sit examen cineritij, quod copellam hodie vocant, & cemēti, & qualem ignitionem & fusionem corpora perfectā admittant aut suscipiant, qui scire desiderat, is consulat partem vlt. sum. perfect. Gebri, quæ de probationib. perfectionis inscribitur: Auri vero examen per antimonium veteribus incognitum perquirat apud Philip-pum Vltadium, in Cœlo philosophorum. Et hæc quidem ad explanationem verborum Gebri dicta sint, in quibus tamen mendum irrepsisse admonendus est Lector. Communis & maxime vulgaris lectio talis est. *Septimo post fixationem necessaria est tinctura splendida, & alterius color tingens, seu tinctura colorans materiam.* In alio codice hoc modo legitur. *Septimo post fixationem necessarius est & vltimus color tingens, seu tinctura colorans materiam.* Et melius meo quidem iudicio, nam præterquam quod in priori lectione bis repetatur vocula *tinctura*, non video quo referenda sit di-ctiuncula *alterius*: nisi intelligere velimus alterius rei tingentis accessione lapidi tincturam conciliari, quod non semper verum est, cum philosophi fateantur lapidem tincturam suam aliquando in se continere. Sic enim Lilius, Raim. Lullius & Arnaldus. *Quamuis lapis noster tincturam suam naturaliter*

Mendum in  
textu quo-  
modo emē-  
dandum.

*in se continet, per se tamen motum non habet et  
fiat elixir completum nisi moueatur arte & opera-  
tione.* Et nos supra ostendimus elixir  
lunare si rubeum fieri debeat indigere  
admissionem rei tingentis illud, elixir vero so-  
lare non item. Aut expungenda igitur omni-  
no videtur dictiuncula, *alterius*, aut legendū  
vt monui.

Tinctura  
duplici mo-  
do consid-  
ratur nar-  
te.

Sed ad tincturam redeundo, dicimus eam  
in arte perpēdi dupliciter. Vno modo quate-  
nus lapis tingitur, altero quatenus tingit. Tin-  
gitur item lapis duobus modis. Priore cum  
post absolutam ipsius depurationem coqui-  
tur cum aqua seu spiritu suo, donec omnino  
albus fiat aut rubeus, iuxta spiritus naturam,  
hoc est prout spiritus aptus fuerit ad deco-  
randum lapidem colore albo vel rubeo:  
aquæ enim Iouis, saturni, & lunæ lapidem  
dealbant, martis vero, veneris & solis eun-  
dem rubificant: quamuis aqua Saturni prop-  
ter diuersam ipsius calcinationem qua aut in  
cerussam aut in minium redigitur vtriūque  
operi albo videlicet & rubeo accommodari  
possit, affirmante id ipsum non vno loco Ge-  
bro. Hinc Marsilius ficinus, *Ad sulphur aureum  
tres rubelli spiritus, ad argentum tres albicantes re-  
ducuntur.* Quod autem spiritus lapidis tinctu-  
ram etiam in se contineat. Geber satis decla-  
rat, qui postquā decuisset veneris resolutio-  
nē in mercurium hæc addit. *Hanc aqua bonora*

Spiritum  
tinctura  
nō carcere.

*eam qua tingitur elixir in infinitum. Et Cap. De Inuestig  
de præparat. martis. Solutum benora, aquam vi- perf. 2.  
delicet sulphuris fixi mirabiliter colere elixiris aug-  
mentantem. Sed hæc verba Gebri, quod vide-  
licet hæc aquæ possint elixir tingere in infini-  
tum, non simpliciter, vt sonât, capienda sunt,  
quod videlicet ipsæ solæ sufficiant elixiri cõ-  
ponendo & augmentando, quia elixir vola-  
tile esset è solis aquis imperfectorum corpo-  
rum compositum, & nõ permaneret tinctura  
in metallis conuertendis, & sic sophistica es-  
set: sed intelligendum est illas hæc præstare  
post animæ infusionem, quæ sola lapidem fi-  
git, & ignis patientem efficit. Postea enim eū-  
dem mirabiliter augere & multiplicare pos-  
sunt. Quod ipsum indicare voluit Mars. fici-  
nus dicens. Philosophi lapidem album, videlicet  
fixum, spermate lunari per totum, aut ei addendo a-  
lios spiritus albos, videlicet, è Ioue & Saturno eductos  
augmentauerunt. Sed obijciet mihi quis-  
piam auctoritatẽ Arnaldi Ros. cap. 12. dicen-  
tis. Aqua abluit tantum & mundificat, oleum vero  
tingit & colorat. Quibus verbis Arnald. vide-  
tur innuere nullã aquæ vim inesse ad tingẽ-  
dum. Sed Arnal. respexit primariũ aquæ ef-  
fectũ, qui in humectãdo, abluendo & mudi-  
cãdo consistit, nec propterea spiritui tingẽ-  
fi potestãtẽ ademit, cui ipsemet tincturã ad-  
scribit. Sic enim ait in principio capitis alle-  
gati. Differentia est inter tincturam aquæ & olei;*

Obiectio.

Solutio.



Differentia  
inter tinctu-  
ram spiritus  
& olei.

Quod profecto non diceret si existimaret aquam omni tinctura carere. Sed ea est inter tincturam aquæ & olei differentia potissimū, quod aquæ tinctura in alia corpora extendi non possit ante fermentationem, sed tantum sufficiat lapidi ad simplicem perfectionem albedinis, vel rubedinis: tinctura vero olei elixiri profecto addita illud figat, & ita abundanter tingat, ut vim suam etiam ulterius in corpora imperfecta & mercurium diffundere possit, & ea convertere ad auri argenti- que naturam & perfectionem. Quod autem spiritus lapidis etiam tincturam in se contineat, non solum Geber & Marsil. ficinus, sed etiam alij philosophi passim affirmant. Sice- nim Dardarius in Turba. *Aqua contrita cum corpore, corpus in spiritum vertit, & sic ijs mixtis & in vnum reductis corpus incorporat spiritum, spiritus vero corpus in spiritum tinctum prout sanguis uertit: nam omne quod spiritum habet, habet & sanguinem.* Bene dicit spiritum convertere corpus in spiritum tinctum, quia videlicet terram suam tingit, non quidem tinctura fixa & firma, sed volatili donec animæ adiectione firmetur, & in igne perpetuetur. Liliū eadem fere profert. *O natura celestis qualiter vertis corpora in spiritum & est acetuum acerrimum, quod cum corpori admiscetur & sic vnum cum eo, vertit ipsum in spiritum, & spirituali tingit tinctura.* Et Arn. al. dicit

*in Soliloquio apertius & dilucidius. Corpus recipit tincturam à mercurio siue spiritu, & anima, naturaliter secundum gradus suos. Raim. item Lullius & Arnaldus sæpissime aquarum albarum & rubearum mentionem faciunt, non quod vllæ ruberæ aspectu & colore inueniantur, sed quod habeant albificandi tantum aut etiam rubificandi potentiam.*

Secundo modo lapis tingitur cum ipsi iam orto & perfecto, perfectione videlicet qua sibi soli sufficit, anima infunditur, quæ non est alia quam tinctura & ignis agens in materiam iam decoctam, eamque digerens & coquens magis, donec visibiliter virtus ipsius manifestetur in stabilitate, & transmutatione corporum imperfectorum, quod ignea sua virtute efficit, vt diximus alio loco. Hæc anima non aliunde seu à rebus lapidi extraneis, sed ex ipsis corporum perfectorum visceribus post illorum dissolutionem educitur, speciemque induit spiritus, donec terræ indita aquam in ea figat, & tingat amplius, imo exuberanter, gloriosioremq; illam reddat millies quàm prius. Huius operationis respectu Tinctura diffinitur à Raim. Lul. esse compositio aëris & ignis argenti & auri. Vel sic Tinctura est compositum ex aëre & igne argenti & auri. Vel hoc modo. Tinctura est corpus tingens ortum & compositum è duobus elementis, scilicet aëris & ignis, argenti ad album, auri ad rubeum. Quibus

Quomodo aliter consideretur tinctura.

Tincturæ diffinitio.

Lib de quinta cassler distinct. 30

tribus definitionibus Lullius constanter in-  
nuere videtur lapidis tincturam non dari,  
nisi è corpore Lunari aut Solari resolutoin  
mercurium. Tincturam autem vocare com-  
positum aeris & ignis, non quod propter spi-  
ritualitatem suam aut incorporeitatem vi-  
deri aut tangi non possint, aut quod sint in-  
star aeris aut ignis in sphaeris suis, qualia ele-  
menta in arte non requirimus, nec habere  
possumus, sed vt indicaret hæc duo elemen-  
ta subtiliora lapidi formam & tincturam po-  
tissimum supdeditare, reliqua vero mate-  
riam.

Quamuis autem Luna soluta admodum æ-  
ris, siue tanquam aer, solummodo operetur  
in lapide, eo quod Luna multa minus dige-  
sta sit Sole, in quo iam actu dominatur ignis  
colore citrino & rubeo se manifestante, qui  
tantum potestate est in Luna, sicut etiam in  
lapide argenti, quod ex albedine ipsius di-  
gnosci potest, quæ cruda adhuc est respectu  
coloris citrini & rubei & propterea dicant  
philosophi *in elixir album non intrare ignem; Et,  
Elixir album tribus completi rotis, in quibus non est  
ignis, elixir vero rubeum quatuor, in quibus est ignis;*  
tamen nec Luna nec lapis albus interno illo  
suo igne omnino carent. quia in omni com-  
posito est ignis naturæ, qui mouet materiam  
ad aliquam formam, ad quam ex cursu na-  
turæ magis apta est & conuenit, & secundum  
quod

Ignis quo-  
modo non  
dicatur in-  
trare elixir  
album.

quod artifex scit illam informare. Vocat itaque Philosophus Tincturam corpus tingens compositum è duobus elementis aëris & ignis, ea videlicet ratione quia tincturam necesse est esse materialem, alioqui enim ignem suum actu manifestare non posset: tamen licet tinctura hæc sit corporalis, nihilominus potentia non est nisi ignis aëris permixtus, imo in aere deportatus, qui aer est aqua leuigata, & ad aeris naturam reducta. Sicut enim ignis materia est aer, qui illi est veluti cibus & pabulum, ad cuius etiam naturam totus lapis reducendus est antequam ignis seu auri tinctura ipsi infundatur, ita aeris materia est aqua.

Ad propositum Arnald. *Aër distillatur cum igne, quia ipse est aqua tincta, & eius tinctura est ignis, quoniam ignis corpus est, & aër spiritus ignem deferens.* Et Raimundus Lullius in Codicil. *Anima est ignis in similitudine & in ignis occultatus, & in ventre aquæ deportatus, ex quibus resultat aër, qui est aqua tincta, & eius tinctura nõ est nisi ignis.* Et ipse ignis non est nisi corpus ad ultimum subtiliatum, & lapis est ignis deportatus in ventre aëris.

Notandũ itaque, quod quamuis lapis perfectus tincturam suam in se contineat, tamen hæc tincturã nõ sufficere ad alia metalla tingenda, oportet enim vt elixiri maior tinctura,

Lapidis tincturam augendam esse vs ulterius tingat.

Ros. part. 1.  
cap. 8.

De Inuestig.  
perl. cap. 5.

Aurum &  
arg. subtili-  
anda ante-  
quam elixi-  
ri coniun-  
gatur.

accedat, quam naturaliter in se contineat,  
Hinc Geber & Arnaldus de villa noua. Ad  
hoc sit operatio in lapide nostro, vt melioretur eius  
tinctura in eo plus, quam in natura sua. & fiat Elixir  
iuxta Sapientum allegoriam ex speciebus limpidi  
condimentum, antidotum, medicina, & purgamen-  
tum omnium corporum purgandorum & transmu-  
tandorum in Solificum & Lunificum verum. Et Ge-  
ber. Tingens multiplicandum est super tingendum,  
donec tinctura appareat in corpore vel medicina.  
Auctor Rosarij min. cap. 21. part. 1. In quantum  
plus tinctura cum adiutorijs argumentatur, tanto  
alius tingit. Senior. Nisi aurum in aurum ponas,  
nihil habes. Aurum autem vocatur elixir, cum  
decoctione diuturna iam auri colorem siue  
rubedinem assequutum est. Quod & de argē-  
to intelligendum, cum videlicet spiritus ter-  
ræ suæ iunctus & coagulatus in albedinem  
definit. Quo facto si velimus elixiris tinctu-  
ram augere, necessarium erit vt ei aurum ar-  
gentumque insuper addamus, aurum quidē  
lapidi rubeo, argentum albo, idque non se-  
mel sed multoties, eoque sæpius quo medi-  
cinam perfectiorem, subtiliorem, ac maiori  
pondere imperfecta conuertētē volumus.  
Sed aurum medicinam subtiliorem & magis  
coloratam reddere nō poterit, nisi prius sub-  
tiliatum sit, ipsiusque siccum conuersum in  
humidum, & grossum in simplū. Elixir enim  
post multiplices sublimationes & distillatio-  
nes

nes decoctionesq; totū spirituale & simplex redditum, non recipit nisi quod suæ naturæ fuerit, densa autem & corporea simplicibus coniuncta non bene conueniunt. Quocirca nō abs re Raim. Lullius. *Corpus perfectum in sua grossitie permanens non potest habere virtutem conuertendi ipsum coministum imperfectum ad suam naturam perfectam: necesse est ergo quod corpus perfectum subtilietur, antequam habeat talem virtutem. Est autem subtiliatum, quando est in argentum viuum reductum. Et cum ipsum argentum viuum corporis perfecti sit fixum, figit argentum viuum non fixum corporis imperfecti. Aurum itaq; & argentum primo dissolue in aqua sui generis, si illam noueris, si non, per sales, vt indicauimus, sufficit enim corpora perfecta in mercurium reduci, deinde elixiri paulatim coniunge, irrigando, decoquendo & sublimando, donec color ipsius & virtus placeat, nam singulis irrigationibus calcinationibus & sublimationibus lucraberis aliquid. Idq; fit tam ob tincturam quæ in lapide augetur, quam ob digestionem. Quanto enim plus digeritur & decoquitur lapis, tanto ignis illi inclusus actiuior fit, ac lapis augetur quantitate & virtute, non secus atque infans, qui conuenienti cibo enutritus crescit quotidie & robustior fit, & tandem in virum euadit perfectum.*

Altero modo consideratur tinctura tan-

Secundo  
modo.  
Lapis dici-  
tur tinctura  
& forma  
metallorū.  
Diffinitio.

Aurum nō  
dici posse  
tincturam.

quam forma metallorum imperfectorum,  
& tanquam ea tingens in Solem & Lunam.  
Et tum diffinitur à Richardo Anglico. *Sub-  
stantia qua tingendo tinctum in naturam suam  
transformat, & secum sine vlla separatione per-  
manere facit, docens naturam contra ignem pra-  
liari, ita vt natura figentis, tingentis, & tincti con-  
cordent.* Ex quā diffinitione elicitur, nihil  
tincturam dici posse, nisi quod tingit. Au-  
rum itaque naturale quamuis albedinem  
argenti sibi certa proportione commisti ce-  
let, tamen tinctura dici non potest; similiter  
nec argentum æs sibi admistum habens, quia  
quamuis hæc in se recipiant, & quodammo-  
do abscondant, tamen illis colorem non  
præstant, nisi qui ipsis adimitur. Vnde au-  
rum quod argentum, & argentum quod æs  
commistum habet, perfectionis suæ dimi-  
nutionem patiuntur. Aurum enim purum  
& putum viginti quatuor graduum, siue ca-  
rattorum, vt vocant, per admixtionem par-  
tis vnius vicefimę quartæ argenti, gradu vno  
descendit, & deterius fit, & postea non nisi  
viginti trium carattorum censetur. Similiter  
& argentum quod in perfectione sua duode-  
cim denariorū statuebatur, additione vnius  
denarijæris non iam duodecim vt prius, sed  
vndecim tantum indicatur: & eodem modo  
de reliquis proportionibus decernendum.  
Deinde cum tingens tinctum in naturam  
suam

suam debeat transformare, & aurum & argentum per naturam solummodo perfecta id non efficiant, tincturæ dici non poterunt: per examinationem enim ex argento immixtam recedit, & in fumum resoluitur, auri & argenti quantitate non aucta, argentum vero siue æs etiam ab auro per separationis aquam denuo diuiditur, idiplum intellexit Avicenna cum ait. *Aurum est corpus perfectum sine superfluitate aut diminutione, quod, si imperfecta sibi commista sola liquefactione perficeret, esset elixir ad rubeum. Argentum vero est corpus fere perfectum, quod si fusione sola perficeret imperfecta, esset tinctura ad album, vel elixir, quod non est, quia natura ad perfectionem solum operatur, & perfectio in his tantum est simplex, inseparabilis & incommiscibilis. Si itaq; ista perfecta corpora cum imperfectis commiscerentur, non ideo imperfecta perfecta evaderent, sed potius eorum perfectio cum imperfectis diminueretur. Ut tamē ostendat aurū & argentum meliorari posse, addit. Sed si facta fuerint plusquā perfecta in duplo vel in quadruplo, vel centuplo, vel millecuplo, in tantū perficerent imperfecta.* Postmodū etiā docet quomodo id fieri possit *Si ducantur, nempe, in fugam cū volatili, hoc est, si debite dissoluantur, ita ut sublimari & distillari possint post resolutionem, & puriora reddi, quā sint in natura sua. Insuper cum tinctura philosophorū debeat corpus tinctum in naturā suam trāsformare*

Quomodo  
aurum &  
argent. me-  
liorari pos-  
sit.



236 De Tinctura alba vel rubea

& philosophi aliam transformationem non  
 quarant, quam in aurum & argentum, tinctura  
 hæc non potest esse alia quam aurum vel ar-  
 gentum, nõ sicut prius densum & compactum,  
 sed spirituale deposita omni grossitie, & qua-  
 si impalpabile propter subtilitatẽ suam, qua  
 reliqua corpora subintrat, & ignea sua vi cõ-  
 solidat, & exuperanti sua tinctura tingit. Et  
 cum omne simile producatur à suo simili,  
 necesse erit tincturam hanc fore metallicã, &  
 formam eius à forma auri vel argenti proce-  
 dere. Vnde eximius Doctor Raim Lullius *In*  
*aurum & argento sunt tinctura, per quas nostrum ar-*  
*gentum vinum coloratur: & qui sine his tingere cre-*  
*dit, cæcus procedit ad practicam, & ad transmuta-*  
*tionum suarum effectum, nam aurum tingit metal-*  
*la colore aureo, rubeo sicut sanguis, & argentum tin-*  
*git metalla colore albedinis.* Et Arnald. *Sol & Lu-*  
*na corpora lucentia sunt, quibus insunt radij tingen-*  
*tes cætera corpora rubedine & albedine vera, se-*  
*cundum quod fuerint preparata.* Geber. *Aurum est*  
*tinctura rubedinis, quia tingit & transformat om-*  
*ne corpus.* Idem. *Argentum est albedinis tinctura.*  
 In quibus considerandũ est philosophos sæ-  
 penumero dicere aurum & argentum tinge-  
 re reliqua metalla siue corpora rubedine &  
 albedine vera, non quod aurum vel argentum  
 in natura sua manens istiusmodi virtute pol-  
 leat, cuius contrarium asseruimus, sed quod  
 sint causæ efficientes tincturæ, & quasi prin-  
 cipia

Ferrea cli-  
 xari. ab au-  
 re & argen-  
 to procede-  
 re.

Test. cap. 38.

Ros. part. 1.  
 cap. 5.

cipia formalia ipsius Elixiris quia imprimunt  
 eius materiae formam auri vel argenti, sine qua  
 elixir non perficitur, nec metalla imperfecta  
 conuertuntur in aurum vel argentum, cum a  
 sola forma totus dependeat effectus. Amplius  
 opus est in vera tinctura, ut tingens & tinctum  
 inseparabiliter simul permaneant & vnum  
 fiat, nec ab igne fugiant, ideoque in diffinitione  
 additur, *quod tingens tinctum secum sine vlla sepa-*  
*ratione permanere faciat, & doceat id contra ignem*  
*preliari.* Duæ autem res forma distinctæ vnum  
 quid fieri non possunt, nisi in genere concor-  
 dent, Cum itaque elixir & metalla conuertenda  
 concordent in genere & natura, quia vtra-  
 que ex mercurio originem ducunt, quamuis  
 postea metallis imperfectis corruptionis cau-  
 sa superuenerit, facile metalla propter affini-  
 tatem cum elixire commiscebuntur, & unien-  
 tur. Et quia elixir fixum est, & omnem ignem  
 tolerans, cum in igne natum sit, & filius quo-  
 dammodo sit ignis, & propterea igne gaudeat,  
 qui ipsi est loco nutrimenti & conseruationis,  
 & quia idem ex metallorum materia purissi-  
 ma genitum est in primis metallorum alio-  
 rum substantiam puriorem apprehendit, &  
 sibi iunctam & unitam per digestionem  
 exuberantem & excedentem quam habet  
 perficit & figit, secumque in igne permanere  
 facit; & ita tandem natura figentis, tingentis,  
 & tincti amicabiliter concordant, quod in  
 elixi-

Quid am-  
 plius requi-  
 ratur in ve-  
 ra tinctura.

elixire, hoc est vera tinctura, requiritur.

An tinctura  
prior in  
alijs rebus  
quam in au-  
re & arg.  
reperiatur.

Nunc examinemus an hæc tinctura duplex cuius mentionē fecimus, scilicet ea quæ tingit elixir, & ea quæ tingit metalla, in animalibus aut vegetabilibus alijsue rebus inueniatur. Priorem quidem nō reperiri certum est, quia hæc tinctura cum nō sit nisi compositio duorum elementorum maxime subtilium ignis videlicet & aëris auri & argenti, & hæc non nisi ex auro & argento elici possint, satis constat animalia & vegetabilia omnia, aut ortū ex ijs habentia non posse eam suppeditare, nisi prius in naturam proximam metallorū, hoc est mercurium & sulphur, deinde in aurum & argentū conuersa fuerint: quæ quauis per naturam aut artem possibilia vanum esset tentare, cum ea metalla habeamus per naturam perfecta.

De lapidibus, gemmis, fluoribus, salibus, atramentis, aluminibus, marchasitis, magnesia, thutia, sulphure & auripigmento, alijsq; medijs mineralibus, de metallis etiā quatuor imperfectis idem iudicium esto, quæ nisi prius in aurum argentumq; transierint, tincturam seu formam elixiri dare non poterunt, cum folius formæ auri propriū sit in materia auri, quæ omnibus metallis communis est, aurum generare, & folius formæ argenti argentū efficiere. Proinde cum hæc formæ soli auro & argento insint, manifestum est, nullam aliam

Solū aurum  
vel arg. dare  
formam  
elixiri.

rem esse sub cœlo quæ hanc proprietatē sibi vendicare queat. Quod autem nulli rerū supra nominatarū forma auri aut argenti effēctrix insit, hinc patet. Cuicumq; rei forma auri vel argēti inest, id aurū vel argentum actu esse necesse est, nam quicquid præditum est forma hominis. Homo est, leonis, Leo, cedri, cedrus, magnetis, magnes, & sic in reliquis. Forma enim est quæ dat esse rei, & id quod res est, & quæ nomen illi adfert, & qua absente res illa definit esse quod prius erat, sed neque animalia aut vegetabilia, lapides, gēmæ, fluores, sales, alumina. atramēta, marchalitæ, magnesia, thutia, Sulphur, auripigmentū, argentum viuum, aut metalla imperfecta, aut aliud quippiam simile in rerū natura actu est aurum vel argentum. Igitur nullam horum præditum est forma auri & argenti: proinde neq; lapidi tincturam, quæ nihil aliud est quā eiusdem forma, infundere potest, nisi prius naturæ vel artis beneficio in verum aurum vel argentum conuersum fuerit.

Sed ne nobis cōtradicare videamur, diximus ca. i. metalla imperfecta humoris quippiā maxime radicalis continere, qui tincturā elixiri quoq; dare possit, quāuis nō ita abundāter, sicut auri vel argēti oleū; quod cū sit reuera aurū & argentū, oēs passiones & proprietates eorū retinens, quāuis paucū, quin etiam auri & argenti formam dare queat elixiri, nemo iure inficias iuerit.

Pro-

Proinde cum affirmamus imperfecta metalla formam auri & argenti lapidi subministrare non posse, id intelligendum de tota illorum substantia quamuis depurata non de partibus mundioribus fixis, ex illorum visceribus secretis.

Sed fortasse tinctura posteriore modo intellecta, qua metalla imperfecta in aurum argentumque conuertuntur, ex animalibus eorumue partibus aut aliis quibuscunque rebus ex ipsis prouenientibus fieri poterit. Quod an verum sit, proprietates huius tincturae singulas parumper examinemus. In primis in vera tinctura philosophica requiritur coloris fixio, secundo tingentis & tincti affinitas & concordia, tertio colorantis cum colorato inseparabilis unio. Quarto tincti in naturam tingentis transformatio. Ex animalibus igitur aut ortum ex iis habentibus quamuis colores quidam pulchri fieri possint, veluti ex ouis, sanguine, aut similibus, qui in aquam, lac, vinum oleumue infusi colorem eorum immutent, tamen tincturae dici non possunt, quia coloratum in naturam colorantis non conuertitur, nec cum eo vnitur, aqua enim post colorationem suam manet aqua vt prius, nec in colorantis naturam vertitur, imo nec colorans in naturam aquae, quia post euaporationem aquae per distillationem coloratum fundo vasis remanet. At dicet quis nonne

Tincturae  
conditiones  
quatuor.

In animalibus tincturam nullam esse.

fumus

fumus capillorum humanorum suspensam  
 argenti bracteam citrino quodam colore in-  
 ficit? Esto, sed colore nequaquam perdura-  
 bili aut fixo, non enim nisi superficiem eius  
 citrinat, neq; interiora argenti peruadit, fri-  
 ctione enim aut ignitione & in aquam con-  
 uenientem immersione color pristinus ei re-  
 stituitur, taceo ut liquefactione & aurum exa-  
 mina toleret. Deinde in elixire desideratur  
 materialis tinctura, quamuis enim lapis ab-  
 solutus à philosophis forma imperfectorum  
 metallorum dicatur, tamen hæc forma fun-  
 data est in materia, cum sit corpulenta, fumus  
 autem capillorum corpus seu materiale  
 substantiam non habet: & cum tinctum de-  
 beat verti in naturam tingentis argentum ri-  
 diculo experimento deberet conuerti in fu-  
 mum similem illi à quo colaratur, aut sal-  
 tem in capillos, quod nemo vnquam cupi-  
 uit: Proinde citrinatio talis tinctura non est,  
 sed experimentum artis sophisticum, & om-  
 nino inutile. Sic in vegetabilibus colores  
 quidam speciosi per naturam inueniuntur,  
 & per artem alij quoque fieri possunt, sicut  
 videre licet in croco, & alijs multis natura-  
 liter sibi admixta colore suo imbuentibus,  
 & in sacchari extracto per artem quod vino  
 aut eius stillatitiæ aquæ permistum, nullis  
 ad fundum fœcibus dimissis, eam colaratur.  
 Videmus etiam æs ignitum sæpius olco tar-

Exper. mē  
 tum. Is  
 Ioph. 1. 5

In vegetab:  
 frustra tin-  
 ctura inquit  
 ii-

42 De Tinctura alba vel rubea.

tari immersum candorem quendam argenteum concipere, tincturam tamen metallorum ex his fieri non posse certum est, quia oportet non solum eam esse fixam, & ignis violentiæ non obnoxiam, sed etiam fixationis permanentiam dare colorato, imo coloratum in naturam colorantis transire. Cum itaque Chymistarum propositum sit metalla in aurum & argentum convertere, & non in vegetabilia, aut alia illis similia quæ igni comburuntur, colores è vegetabilibus educti tincturæ dici non poterunt.

Lapides & gemmas tincturam præbere non possunt.

Sed fortasse lapides, gemmæ, coralli, fluores, terræ coloratæ tincturam chymistis exoptatam præbebunt quædam enim eorum coloribus pulchris insignita sunt per naturam. Sed hæc in corporea sua mole permanentia non ingrediuntur metalla, proinde ea alterare non possunt, & quamvis penetrarent ea, tamen cum colorem exuberantem non habeant, sed sibi tantum sufficientem, alia corpora tingere nequeunt. Si vero illorum grossitiem per ignem imminuere tentemus, in calcem redigentur, & sic colores quibus antea fulgebant perdent, imo nec tunc subtiliora erunt quam prius. Et quamvis è terris quibusdam, gemmis, margaritis, & corallis color subtilior per vini spiritum, acetum distillatum, & alios liquores elici possit, tamen cū à metallorum natu-

ra alienus sit, nullaq; ei cum metallis propin-  
quitas & concordia, ijs nõ permiscebitur nec  
vnietur, demum cum coloratum in naturam  
coloratis in vera tinctura necesse sit transfor-  
mari, & non quæramus terram & lapides sed  
aurum & argentum, non sine ratione viden-  
tur hi colores ab omnibus artis studiosis in  
metallorum metamorphosi repudiandi.

Eadem de salibus aluminibus & atramen-  
tis sententia erit, quæ quanuis alterationem  
aliquã inducere valeant per cementa: exem-  
pli gratia, vt color æris mirum in modũ au-  
geatur, & illustretur, quod auro non nimis  
magna quantitate additum, eandem cum eo  
præbeat speciem, tamen cum reuera auro nõ  
vniatur, sed per cementi & cineritij examen  
aut alia ratione separetur, aut per ignẽ com-  
buratur, tinctura illa fixa dici non poterit.  
Ita auri rubor quanuis intendi non nihil pos-  
sit per artificium, tamen & ipsum debilius est  
in natura sua permanens, quam vt alia cor-  
pora tingere possit, quia fusione & liquefa-  
ctione crebra color ille euanescit, relicto cor-  
pore in statu pristino. Trãsmutationes tamẽ  
quasdam & miranda quæpiã per superadicta  
nonnunquã fieri non nego, ferrum enim per  
cemeutum vitrioli calcinati, vel laminas  
eius tenues candẽtes calchanti oleo crebrius  
restinctas in æs transire videmus, Sed pro-  
pter hoc, vitriolum quamuis ferri naturam

Sales, alu-  
mina &  
atramenta  
tinctura co-  
cere.

Ferri in  
transmuta-  
tio.



44 De Tinctura alba & rubea.

immutet, philosophica tinctura non dicitur, quæ non metallum vile in aliud minus pretiosum transmutare debet, sed in aurum & argentum, & hoc in instanti sola liquefactione & admixtione elixiris præcedente: quemadmodum nec aliæ transmutationes quælibet artificum industria repertæ, quamvis etiam non nihil fructuosæ, nisi differētias omnes & notas diffinitionis supra traditæ possideant. At in marchasitis, magnesia, thutia, sulphure, auri pigmento aliisque mediis mineralibus hæc philosophorum tinctura deprehendi poterit. Videmus enim æs admistum cadmiæ, & cum eadem liquefactum, naturali rubedine deposita citrinum colorem assumere firmum & perdurabilem. Pondus æris etiam mirum in modum augetur, quod signum est veræ unionis colorantis cum colorato; æris enim pondus centum forte librarum ante ebullitionem suam cum cadmiâ, postea centum triginta vel quadraginta aut circiter libras appendit, & mutato nomine aurichalcum vel quibusdã Orichalcum dicitur. Hæc vera esse negare non possum, tamen propterea cadmiâ aut simile quidpiam æs aut ferrum alterâs tincturam dicere nunquam possumus. In primis enim Cadmiâ æris pondus auget, quia plurimum æris in se comprehendit, quod per ignem liquatum simili se associat relicta terra sua in qua ante fusionem

An in medicis mineralibus tinctura inueniri possit.

Quomodo Cadmiâ æs tingere videatur.

fusionem

fionem continebatur, & quia eadem terra  
 partes non satis digestas aut per naturam de-  
 coctas includit, sed magis naturæ mercurij  
 & sulphuris adhuc participes, quæ vtraque  
 fumum album exhalant, in æris fusione hi  
 spiritus fugam quærunt, vnde oportet vt eo-  
 rum fuga sit per corpus fufum, ficque citri-  
 nant ipsum, quia fumus hic spirituū tempe-  
 rate albus est, & album istiusmodi mixtum  
 rubeo reprimit rubedinem, fitque *citrinatio*,  
 quæ secundum Gebrum *nihil aliud est, quam*  
*rubei & albi determinata proportio.* Quod autem Sum. perf. cap. 60.  
 spiritus siue vapores horum spirituum in  
 cadmia conclusi æs citrinent, hinc patet,  
 quia idem cum thutia fieri posse tam Her-  
 mes quam omnes alchymici testantur. Thu-  
 tia autem est fumus in metallicis fusionibus  
 sursum eleuatus, & lateribus camerisque for-  
 nacum inhærens. Seu, vt Geber ait, *fumus cor-*  
*porum alborum, aut fumus mistionis Iouis & Veneris*  
*lateribus fornacum & fornacibus adherens.* Ita-  
 que Cadmia non tingit, sed colorem æris ru- Sum. cap. 78.  
 bicundum illi naturalem extinguit & pal-  
 liat. Vnde Geber. *Tollitur rubedo Veneris cum*  
*thutia & dealbatur, sed quia thutia dealbatio non*  
*sufficit, ideo solum citrinat: & citrinatio qualibet al-*  
*bedini est affinis.* Amplius in vera tinctura ne-  
 cessum est tinctum in naturam tingentis  
 transformari, æs autem non mutatur in cad-  
 miam, sed potius è conuerso partes cadmiæ

ærariz conuertuntur in æs, & terreæ separantur, spirituales verò & volatiles euaporant.

Tinctura  
homogeni-  
niam esse  
debere.

Postremo tincturam physicam oportet esse homogeniam vt pars à suo toto non differat: si autem in substantia quapiam sint diuersæ partes, terreæ, metallicæ, sulphureæ & mercuriales prout in cadmia esse manifestum est, tinctura vocari non poterit, cum metallum conuertendum in tam diuersas partes heterogenas & sibi dissimiles transmutari sit impossibile.

Sophistica  
artis experi-  
menta.

Non admodum diuersa ratione arsenicum, auripigmentum, argentum viuum sublimatum, aut præcipitatum, aut à præcipitato aliquoties eleuatum, & Lythargirium, singula per se præparata, aut quædam eorum simul iuncta æs & ferrum dealbant, sulphur etiam argentum rubificat, quamuis opere difficili & laborioso admodum. Quidam etiam argentum viuum aut stannum indurant, vt argentum vibrateur, denique per hæc media mineralia mille imposturas committi posse non dubito, tamen omnes isti colores sophistici sunt, & per ignem recedunt, corporibus in pristino statu remanentibus, aut quandoque simul euanescentibus, quia cum colores hi fixi non sint, alia corpora imperfecta figere non possunt, nec facere vt in examinatione & fusionum reiterationibus perdurent,

durent, quoniam tantummodo fumi sunt corpora penetrantes ob similitudinem, sed cito recedentes, cum materiale subiectum fixum & figens non habeant, quod corporibus uniat, & illa in suam naturam fixam transformet.

Sed dicet quis. Sulphur arsenicum & argentum viuum nonne tincturæ dicuntur à philosophis? Sic enim de Arsenico & sulphure Geber. *Arsenicum est albedinis tinctura, sulphur vero rubedinis. Idem, Argentum viuum figitur & est tinctura exuberantissima refectionis, & fulgidi splendoris.*

Respondeo, Si hæc de sulphure & arsenico mercurioque vulgaribus prout sunt in natura sua quispiam intelligat, eum non parum falli. Sulphur tamen argento viuo & argentum viuum sulphuri aut arsenico commistum omnibus per artem depuratis & fixis in elixir transire non inficior, nullum autem eorum per se tincturam esse, aut fieri posse assero. Quod iisdem cap. confirmat Geber dicens. *Non putet quis quod sulphur per se compleat opus alchymie, non enim esset hoc nisi vanum credere. Item. Non sunt sulphur & arsenicum materia perfecta huius operis, non enim sunt completa ad perfectionem, habent tamen admixtum perfectionis in casu.*

Idem de argento viuo. *Non est medicina vera in natura sua, sed inuare potest sumitur in*

Quæstio.

Sum. berf. cap. 28. 29 & 30.

Solutio.

Medicinam perfectam aliquando sulphur arsenicum & mercurium dici.

*ca. 15.* Deinde notatu dignum est philosophos  
 saepe numero lapidem suum completum  
 sulphur & arsenicum appellare, & sulphur qui-  
 dem elixir rubeum, arsenicum vero album prop-  
 ter virtutem sulphuris rubei vel albi in eo do-  
 minantis, sicut & eundem mercurium vel argen-  
 tum vitium non raro vocitant, qui tota ipsius ma-  
 teria est mercurialis. Quae auctoritatibus phi-  
 losophorum comprobare operæ pretium  
 non duximus, um alio libro de his dictum  
 sit. Simili modo ex corporibus imperfectis  
 fieri elixir & tincturam dicunt quandoque  
 philosophi. Sicut de ære vincentius Recipit,  
 inquit, *tincturam fitq; ex eo elixir rubedinis, & al-  
 be que, nec fugit eius tinctura.* Idē de plumbo. *Ex  
 fit elixir manus rubedinis & albedinis & etiam aqua  
 quibus reuertitur argentum vitium.* Geber etiam  
 postquam causas perfectionis & imperfectio-  
 nis metallorum enarravit, & ostendit corpo-  
 ra imperfecta præparanda esse per superfluo-  
 rum ademptionem & absentium suppletio-  
 nem concludit, *hæc postquam sufficienter præpa-  
 rata fuerint esse apta, vt de eis elixir fiat album vel  
 rubeum.* sed hæc non ita capienda sunt quasi  
 spiritus, aut corpora imperfecta sola, & per  
 se tincturam ad alia corpora tingenda nobis  
 præbere possint, cum illam non habeant nisi  
 paucam, sed quoniam illorum mercurius &  
 sulphur præparari possint, vt tincturam am-  
 pliorem & copiosiore auri argenti que sus-  
 cipi-

In Speculo  
doctrinæ

De Inuestig.  
perfect. ca. 2

cipi-

cipiant Quocirca bene dixit Vincentius æstincturam recipere quamuis hæc ipsius dicta etiam de aræ & plumbo philosophorum, quæ est eorum terra, non male intelligi possint.

Sed vt vnde digressi sumus reuertamur. Inuenti etiam sunt quidam qui auro æs vstū aut ferrum miro artificio præparatum & aquis separationum maceratum ita subtiliter & per minima coniunxerunt, vt in auri speciem transisse, simulque cum eo inseparabiliter vnitum videretur: sed experientia tandem depræhendit vani laboris imposturam, quia nulla fuit in ære & ferro formæ mutatio, nec vera vnio, sed tantum fucata quædam mixtio Proinde omnibus veritatis studiosis vt huiuscemodi opera friuola & sophistica tanquam homine ingenuo & philosopho indigna, imo furibus & impostoribus propria euitent & ex animo abhorreant, cōsulimus, præsertim cum in ijs inuestigandis non minus laboris, temporis & expensarum requiratur, quam in opere philosophorum, quod nulla examinæ extimescit.

Sed vt caput istud, imo librum hunc concludamus, dicimus cum Auicenna *Tincturas non proficere, seu quia aduruntur*, veluti ex animalibus & vegetabilibus, & omnibus ortum ex ijs habentibus desumptæ; *sive quia non fixæ sunt, sed euolant & fugiunt* sicut spiritus quocū-

Opus aliud  
sophisticū.

Quæ tinctura  
ræ inuiles.

250 De Tinctura alba vel rubea

cunque modo præparati, primarij quidem sulphur, arsenicum & argentum viuum, secundarij vero magnesia, thutia & marchalita; siue quia non ingrediuntur, sicut omnes terra & lapides, aut quæ sunt de eorum natura: siue quia non permanēt fixæ dispositionis, sed quolibet modo separantur, vt vitrū, & quæ eius sunt naturæ vt in vitrum transeant: siue quia non defendunt aurum & argentum per artem videlicet factum, ne adurantur ad hñ quæ adurant reliqua metalla imperfecta, sicut æs & plumbum, quia videlicet in radice aurum & argentum non sunt, sed solum speciem eorum adulterinam exhibentia, nec perfectionis causam in se habent, quæ est argentum viuum rite in spissatum, purum & fixum, quod ab acutis & adurentibus non corrūpitur aut exterminatur, sed corpora sua protegit & defendit.

Qualis sit  
tinctura  
Philosopho-  
rum.

De Inuestig  
perf. cap.  
penult.

Inquirenda igitur nobis est ex Gebri auctoritate tinctura coadunata & fixa, quam super ignem positam ignis nō exprimat & quæ liquatis permisceatur, & liquefeat cum ipsis, ingrediaturq; cum eo, quod est in ea de substantia ingressibili, & permisceatur cum eo, quod est in ea de substantia permiscibili, & consolidetur cum eo, quod est in ea de substantia consolidatiua, & figatur cum eo quod est in ea de substantia fixatiua, & non comburatur ab his quæ non comburunt aurum & argentum  
& ad.

& adferat consolidaciones & pondus cum ignitio-  
 ne debita & perfecta. Quas tincturæ condi-  
 tiones seu proprietates qui habere deside-  
 rat, capiat res, in quibus eæ per naturam  
 sunt, despectis omnibus alijs quæ in proprie-  
 tate naturæ metallicæ non inueniuntur. Sed  
 quia in añterioribus hæ sufficienter declara-  
 tæ sunt, huic libro finem imponens, precor  
 omnibus fidelibus catholicis, pijs, bonæque  
 volūtatis artistis S. Spiritus gratiã, & felicem  
 laborũ successum: & peto vt si quippiã scrip-  
 tum sit, quod à cõmuni Philosophorũ alio-  
 rum sentētia discrepare videatur, existimēe  
 eo sine factum, quod artis studiosus nõ pos-  
 sit conuenientiori modo aut meliori via in-  
 strui, aut in scientiam hanc introduci: potius-  
 que huius artis professoribus doctrinam &  
 præcepta sua experientiæ accõmodantibus  
 credendum esse, quam disputationibus &  
 nudis argumentis, quamuis subtilissimis, &  
 ex intimis Philosophiæ penetralibus petitis  
 eorum, qui nihil in hac scientia olfecere Ro-  
 go etiam, vt si quid minus aperte dictum sit  
 aut explanatum quibusdam in locis, id non  
 Auctoris inuidiæ, sed huius artis professo-  
 rum receptæ consuetudini, & Alchemiæ dig-  
 nitati tribuant. Inuenient tamen, qui legent,  
 in hoc libello, quæ alij prolaxis & innume-  
 ris fere codicibus sparserunt & abdiderunt

Conclusio.



252      De Tinctura alba vel rubea  
atque tam manifestis verbis explicata artis  
adeo obscuræ secreta, vt minime dubitem,  
quin chemiæ studium posthac multo faci-  
lius futurum sit: imo verear, ne aliquando  
peccati reus accersar, quod præter morem  
artis vocabula & elementa hæctenus in pre-  
tium habita, & modis omnibus occultata in  
vnum exiguum volumen contra-  
xerim, & cunctis palam præ-  
posita reuelarim.

F I N I S.

